



2° Inc. lat. 1206

Suetonius

~~D D A B B B~~

~~###~~

= Cir. 34

Hain \*15125

Handexemplar Trentius!

(Vorabblatt m. 1. Einstieg; Trentini nimmt  
Leonardus de Eck mit; dons sedis ist  
~~beschädigt~~ ~~z. b. J. C. Knoblauch~~ wieder  
eingeklebt.)



• IOANNIS AVENTINI SVM

(Cim. 34.)<sup>1</sup>

Leonardus de eyk mihi dono dedit.

Autogr.

T  
V  
75

415. A.v. Lat.

Indjet Skatt med Verfölje  
blett in Sjetonings  
A.v. Lat. 415 fol.

B. C.



## Ausonius Hesperio filio Salutē: In libros Suetonii.

c acesareos proceres: in quorum regna secundis  
Consulibus dudum romana potentia cessit  
Accipe bis senos: sua quenqz monosticha signant.  
Quorum per plenam seriem Suetonius olim  
Nomina; Res gestas. Ut tamqz: Obitumqz peregit.



### Monosticha de ordine Caesarum.

p Rimus regalem patefecit Julius aulam  
Caesar .et Augusto nomen transcripsit: et arcem.  
Diviignus post hunc regnat Nero Claudius. a quo  
Laius: cognomen Caligae cui castra dederunt.  
Claudius hinc potitur regno. post quem Nero saevis  
Ultimus aeneadum. post hunc tres nec tribus annis:  
Halba senex: frustra socio confisus inerti.  
Mollis Otho infamis per luxum degener aevi.  
Nec regno dignus: nec morte Vitelius vt vir.  
His decimus fatoqz accitus Vespasianus.  
Et Titus imperij foelix breuitate. secutus  
Frater: quem calum dixit sua roma Meronem.  
**Monosticha de Aetate Caesarum i imperio;**  
• • • Elius ut perhibent: Diuus trieteride regnat.  
Augustus post lustra decem sex prorogat annos.  
Et ter septenis geminos Nero Claudius addit.  
Tertia finit hyems crassantia tempora Laij.  
Claudius hebdomadem duplarem trahit. et Nero dirus  
Tantundem: summae consul sed defuit vnius.  
Halba senex: Otho lasciuie: et famose Vittelli:  
Tertia vos latio regnantes nesciit aestas:  
Interitus dignos vita properante probrosa.  
Implet fatalem decadem sibi Vespasianus.  
Ter dominante Lito cingit noua laurea Janum.  
Quindecies saevis potitur dum frater habenis.

### Monosticha de singulorum Caesarum obitu.

i • Ellius interiit Caesar crassante senatu.  
Addidit Augustum diuis matura senectus.

A.

Sera senex capreis exul Nero fata peregit :  
Terdecies perijt repetito vulnere Laius.  
Claudius ambiguo conclusit fata veneno.  
Matri cida Nero proprio se perculit ense.  
Halba senex perijt saevo prostratus Othonem  
Mors Otho famosus: clara sed morte potitur.  
Prodiga succedunt perimendi sceptra Vitelli.  
Laudatum imperium mors lenis Vespasiano.  
At Titus orbis amor rapitur florentibus annis.  
Sera grauem perimunt: sed iusta pericula fratrem.

**P**HILippi beroaldi Bononiensis: viri clarissimi de  
vita Laii Suetonii Tranquilli.

**A**UGUSTUS Suetonius Tranquillus patrem habuit Suetonium  
cognomento lenem: tertiae decimae legionis tribunum et Au-  
gusti clauium: qui interfuit bello othoniano. a patre filius tranquilli co-  
gnomen accepisse videtur. Nam cum ille lenis sit cognominatus: hic eo  
dem significato non eodem verbo dictus est tranquillus. Floruit sub A-  
driano: cuius fuit Magister epistolarum. Verum fortuna: quae lubrica  
est: refragante: successor ei datus: q[uod] apud Sabinam imperatoris Trojē  
familiarius egisse ferebatur; q[uod] reuerentia domus aulicae postularerat. Vi-  
sus est contubernio Plini posterioris: a quo in epistolis admonetur ad  
uolumina edenda: quae perfecta absolutaq[ue] appellat. Dic primas con-  
fessione eruditorum in scribendis Caesarum vitis occupavit. Quae Ju-  
lius capitolinus sibi archetypum in scribendo esse non dissimulat. Scri-  
psit libellum de grammaticis: et rhetoribus: quem diuus hieronymus  
secutus est texens catalogum scriptorum ecclesiasticorum. De genere ue-  
stium: De ludicra historia libros concinasse memoratur: quoru[m] testimo-  
nio vtuntur eruditi. In primis vero reliquit duodecim Imperatoru[m] vi-  
tas: valde quidem probandas. quod opus emunctum est et luculentum  
et compositissimo ordine distinctum: unde emendatissimus et candidissi-  
mus scriptor meruit appellari. Qui ut scribit Flavius Elopiscus famili-  
are fuit amare brevitatem.

# Primus Liber.

Laii Suetonii Tranquilli De Vita. XII.

Caesarum Liber Primus Incipit.

3000 JULIAS CAESAR annū Agens Sex  
tūdecimū patrem amisit: sequentibusqz consulibus  
flamē dialis destinatus dimissa Lōssutia: quae fami  
lia equestri sed admodū diues praetextato despon  
sata fuerat: Corneliam Linnæ quater consulis fili  
am duxit uxorem: ex qua illi mox Julia nata est: ne  
eq̄ iperflū 139 qz ut repudiaret illam compelli a dictatore Sylla  
vlo modo potuit: Quare et sacerdotio et uxoris dote et gentilitijs haere  
ditatibus mulctatus diuersarum partium habebatur: vt etiam discede  
re et medio: et qzqz morbo quartanae aggrauante prope per singulas no  
ctes commutare latebras cogeretur: seqz ab inquisitoribus pecunia re  
dimere: donec per virgines vestales: perqz Mamercum Aemilium et  
Aurelium Lottam propinquos et affines suos veniam impetravit. Sa  
tis constat Syllam quum deprecantibus amicis et ornatissimis viris  
aliquādiū denegasset: atqz illi pertinaciter contenderent: Expugnatum  
tandem proclamasse: sine diuinitus: sine aliqua coniectura vincerent: ac  
sibi haberent: dummodo scirent eum quem in column tantopere cupe  
rent: quandoqz optimatum partibus: quas secuz simul defendissent: exi  
tio futurum. Nam Caesar multos Marios inesse.

De Prima Caesaris Militia: ub s Lipendia prima in Asia fecit M. M. Tiberii prætoris con  
tubernio a quo ad accersendam classem in Bithyniam missus de  
fedit apud Nicomedem nō sine rumore prostratae regi pudicitiae: quē  
rum auxit itra paucos rursus dies repetita Bithynia per causaz  
exigendae pecuniae: quae deberetur cuidam libertino clienti suo. Reli  
qua militia secundiore fama fuit: et a Thermo in expugnatione mityle  
narum corona ciuica donatus est.

De Secunda eius militia et reditu ipsius ad urbem:  
m. Et sub Seruilio Isaurico in cilicia sed breui tempore. Nā  
Syllae morte comperta simul spe nouae dissensionis: quae per M. M. Tiberii  
lepidum mouebatur: roman propere rediit: et lepidi quidem societate  
qzqz magnis conditionibus inuitaretur abstinuit: tum ingenio eius dif  
fisus: tum occasione: quam minorem opinionem offenderat.

De accusatione Dolobellae.  
inc. Aeterum composita seditione ciuili Cornelium Dolobellam cō  
sularem et triumphalem virum repetundarum postulauit: absolu  
lutoqz rhodium secedere statuit: et ad declinandam inuidiam: et vt per  
ocium ac requiem Apollonio moloni clarissimo tunc dicendi magistro  
operā daret. Huc dum hybernis iam mensibus traxit: circa Pharma  
cusam insulā a praedonibus captus est: mansitqz apud eos nō sine sum

*Flamen duabus et primis viis*

*Coffina*

*Cornelia Linna*

*sab.*

*Mamerca cornuta*

*Aurelii cotta*

*postulat*

# Primus Liber.

Cubiculari

ma indignatione ppe quadragita dies cum uno medico et cubicularijs duobus. Nam comites seruosqz caeteros initio statim ad expedieadas pecunias quibus redimeretur: dimiserat. Numeratis deinde. L. talentis expositus in littore nō distulit: quin eiusstigio classe deducta perlequeret abeentes: ac redactos in potestatem suppicio: quod saepe illis miatus inter iocum fuerat: afficeret. Vastante regiones proximas Abithridate ne desidere in discrimine sociorum videretur: ab Rhodo: quo pertende rat: transiit in asiam: auxilijsqz contractis et praefecto regis prouincia ex pulso: mutantes ac dubias ciuitates retinuit in fide.

De Tribunatu milituz eius: et alijs gestis ipsius.

t Ribunatu militum: qui primus romaz reuerso per suffragia populi honor obtigit: auctores restituēdae tribuniciae potestatis: cuius vim Sylla diminuerat: enixissime iuuit Lutio etiā Linnae vxoris fratri: et qui cū eo ciuili discordia Lepidum secuti: post necem consulis ad Sertorium confugerant: redditum in ciuitatem rogatione plotia fecit: habuitqz et ipse super ea re contionem.

De quaestura eius et alijs gestis per eum.

et q ei Gaestor Julianam amitam: vxoremqz Corneliam defunctas laudavit emore pro rostris: sed in amitae quidem laudatione de eius ac patris sui utraqz origine sic refert. Amitae meaeJuliae matrem genus ab regibus ortum: paternū cum diis immortalibus coniunctuz est: Nam ab Anco Martio sunt martij reges: quo nomine fuit mater a Genere Julij: cuius gentis familia est nostra. Est ergo in genere et sanctitas regum: qui plurimum inter homines pollent: et ceremonia deorum: quorū ipsi in potestate sunt reges. In Corneliae autem locum Pompeiam duxit Quinti Pompeij filiam. L. Syllae neptem: cum qua deinde diuorum fecit adulteratam opinatus a Publio Clodio: quez inter publicas ceremonias penetrasse ad eam muliebri ueste tam constans fama erat: ut senatus quaestionem de pollutis sacris decreuerit.

De gemitu eius apud statuam magni Alexandri: et de somnio ipsius et de matris concubitu.

et q eoq Gaestori ulterior Hispania obuenit: ubi cum mandato reipublica iure dicendo coniētus circuīret: gadesqz venisset: animaduersa apud Herculis templum magni Alexandri imagine ingemuit: et quasi ptesus ingnauiam suam qz nihil tum a se memorabile actū esset in aetate: qua iam Alexander orbem terrarum subegisset: missionem cōtinuo efflagitauit ad captādas qzprimum maioz rex occasiones. In urbe etiaz cōfusum eum somnio primae noctis (nam visus erat per quietem stuprū matri intulisse) cōiectores ad amplissimā spem icitauerūt. Arbitriuz terraz orbis portendi interpretates quando mater quā subiectā sibi vidisset: non alia esset qz terra: quae omnium parens haberetur.

De gestis per eum in vrbe.

d Ecedens ergo ante tempus colonias latinas de petenda ciuitas

Pollutio  
encherentur

Coniectores

CL volume lxxviii

ii 12

# Julius Caesar.

te agitantes adiit: et ad audiendum aliquid concitasset: nisi consules con scriptas in Liliciam legiones paulisper ob id ipsum retinuissent: nec eo secius maiora mox in urbe molitus est.

De suspicione coniurationis eius cum Crasso et Sylla.

**s**I quidem ante paucos dies quod aedilitatem iniret: venit in suspicionem conspirasse cum. Marco Crasso consulari. Item. Id. Sylla et L. Antonio post de signationem consulatus ambitus condentis: ut principio anni senatum adorarentur: et trucidatis quos placitum esset: dictaturam Crassus inuaderet: Ipse ab eo magister equitum diceretur. Constitutaque ad arbitrium re. p. Syllae et Antonio consulatus restitueretur. Ademinerunt huius coniurationis Lanusius geminus in historia: Marcus Bibulus i edictis. L. Curio pater in orationibus. De hac significare videtur et Licero in quadam ad Atticum epistola referens Caesarem in consulatu confirmasse regnum: de quo aedilis cogitarat. Lanusius adiicit Crassum poenitentia vel metu diem caedi destinatum non obiisse: et idcirco ne Caesarem quidem signum quod ab eo dari conuenerat: dedisse. Conuenisse autem Curio ait: ut togam de humero deiiceret. Idem Curio: sed et M. Actorius Naso auctores sunt conspirasse eum etiam cum H. Pisone adolescente: cui ob suspicionem urbanae coniurationis prouincia Hispania ultro extra ordines data sit: pactumque ut simul foris ille: ipse romae ad res nouas consurgerent per ambrones et transpadanos: destitutu utriusque consiliu morte Pisonis.

De aedilitate eius et gestis in ea.

**a**Edilis praeter comitium ac foro basilicasque: etiam capitolium ornauit porticibus ad tempus extuctis: in quibus abundante rerum copia: pars apparatus exponeretur. Generationes autem ludosque et cum collega: et separatis edidit: quo factum est: ut communium quoque ipsorum solus gratiam caperet. Nec dissimularet collega eius Caesar Bibulus evenisse sibi: quod Polluci. Et enim geminis fratribus aedes in foro constituta tantu Latoris vocaretur: Ita suam Caesaris quod munificentiam viuis Caesaris dici. Adiecit insuper Caesari etiam gladiatorium munus: sed aliquanto paucioribus quam destinauerat paribus. Nam quum multiplici undique familia comparata inimicos exterruisset: cautum est de numero gladiorum: quo ne maiorem cuique habere Romae liceret.

De gestis per eum in urbe.

**e**Onciliato populi fauore temptauit per partem tribunorum: ut sibi aegyptius prouincia plebiscito daretur: nactus extraordinaria imperij occasionem: quod Alexandrini regem suum sociumque atque amicum a senatu appellatum expulerant: resque improbabatur: nec obtinuit aduersante optimatum factione: quorum auctoritatem ut quibus possit modis iniuriam diminueret. Trophea: L. M. dari de ingurtha a. iiiij.

Egyptus Ptolemaeus rex pulsa

Egyptus datur Caesar Julius: caesar

# Primus Liber.

deq; cimbris atq; theutonis olim a Sylla disiecta restituit: atq; i exer-  
cenda de sicariis quaestione: eos quoq; sicarioiuz numero habuit: qui  
proscriptione ob relata ciuum romanoy capita pecunias ex aerario ac  
ceperant: qzq; exceptos cornelii legibus.

## De eodem

**s** Ebornauit etiam qui. L. Rabirio perduelionis diem diceret:  
quo praecipuo adiutorie aliquot ante annos Lutij Saturnini sedi-  
tiosum tribunatum senatus coercuerat: ac sorte iudex in refum ductus  
tam cupide condemnauit: vt ad populum prouocanti nihil aequa ac iu-  
dicis accerbitas profuerit.

## De pontificatu marimo eiusdem:

**d** Eposita prouinciae spe pontificatum maximuz petiit non sine  
profusissima largitione. In qua reputans magnitudinem aeris  
alieni: quum mane ad comitia descenderet: praedixisse matri osculant  
fertur: domu nisi se pontificem non reuersurum: atq; ita potentissimos  
duos competitores multumq; et aetate: et dignitate antecedentes supe-  
rauit: vt plura ipse in eorum tribubus suffragia: qz vterq; in omibus tu-  
lerit.

## De practura: et gestis eiusdem.

**P** Raetor creatus detecta coniuratione Latilinae senatuq; vnuer-  
so in socios facinoris vltimam statuente poenam solus munici-  
patim diuidendos: custodiendosq; publicatis bonis censuit. Quin et tam  
metum iniecit asperiora suadentibus identidem ostentans: quanta  
eos in posterum a plebe romana maneret inuidia: vt Decium syllanum  
consulem designatum non piguerit sententiam suam: quia mutare tur-  
pe erat: interpretatione lenire: velut grauius atq; ipse sensisset exceptaz:  
obtinuisseq; adeo transductis ad se iam pluribus et in his Liceronis  
consulis fratre nisi labantem ordinem confirmasset. Ad. Latonis orato.  
Ac ne sic quidem impeditre rem destitit: quoad usq; manus equitum ro-  
manorum: quae armata praesidiij causa circuistabat: immoderatus per  
seueranti necem communata est: et iam strictos gladios usq; eo iterptas  
vt sedentem vna proximi descruerint: vix pauci complexu togaq; obiec-  
ta protexerint. Tunc plane deteritus non modo cessit sed et in reliquum  
anni tempus curia abstinuit.

## De gestis eius in officio practurae.

**P**rimo practurae die Quintum Latulum de refectione capitolij  
ad disquisitionem populi vocauit rogatione promulgata: qua cu-  
rationem eam in alium transferebat. Vlerum impar optimatum conspi-  
rationi: quos relicto statim nouorum consulum officio frequentes: ob-  
stinatosq; ad resistendum concurrisse cernebat: hanc quidem actionem  
depositit.

## De priuatione eius a practura: et eius restituione.

**c** Aeterum Lecilio Albetello Tr. Pl turbulentissimas leges ad-  
uersus collegarum intercessionem ferenti auctorem propugna-  
toremq; se pertinacissime praestitit: donec ambo a ministracione reipu-

# Julius Caesar.

35

decreto patrum summouerentur. Ac nihilominus permanere in magistratu: et ius dicere ausus: ut comperit paratos: qui in ac per arma phiberent: dimissis lictoribus abiectaqz praetexta domū clam refugit pro conditione tempoz quieturus. Multitudinem quoqz biduo post sponte et vltro confluentem operamqz sibi in afferenda dignitate tumultuosius pollicentem compescuit: quod quum praeter opinionem euenisset: Se natus ob eundem coetum festinato coactus gratias ei per primores viros egit: accitumqz in curiam et amplissimis verbis collaudatum in integrum restitutum inducto priore decreto.

## De actione eius ob coniurationem Latilinae.

Ecidit rursus in discrimen aliud inter socios Latilinae nominatus et apud Nonium nigrum quaestorem a Lucio Vlectio in dice: et in senatu a Quinto Lurio: cui qz primus consilia coniuratoz de texerat: constituta erant publice praemia. Lurius et Latilina se cognouis se dicebat. Vlectius etiam chirographum eius Latilinae datum pollicebatur. Id uero Caesar nullo modo tolerandum existimans cum implorato Liceronis testimonio: quaedam se de coniuratione vltro ad eum detulisse docuisse: ne Lurio praemia darentur: effecit. Vlectum pignoribus captis: et direpta supellectile male mulctatum: ac pro nostris in cōcione poene disceptum coniccit in carcerem. Eodez Nonium quaestorem eo: qz compellari apud se maiorem potestatem passus esset.

## De ulteriore hispania sibi sorte data post praeturam.

E praetura vltiorem sortitus hispaniam retinentes creditores interuentu sponsoz remouit: ac neqz more neqz iure ante quam prouinciae ordinarentur: profectus est. Incertum metu ne iudicij quod priuato parabatur: an quo maturius socijs implorantibus subueniret: pacataqz prouincia pari festinatione non expectato successore: ad triumphum simul consulatumqz decepsit. Sed quum edictis iam comitijs ratio eius haberi non posset: nisi priuatus introisset urbem: et ambienti ut legibus solueretur: multi contradicerent: coactus est triumphum: ne cōsulatu excluderetur: dimittere.

## De consulatu eius cum Bibulo.

Et duobus consulatus competitoribus. Lutio Luceio: Aldarcoqz Bibulo Luceium sibi adiunxit: pactus ut is quoniam inferior gratia esset: pecuniaqz polleret: nummos de suo communi nomine per centurias pronunciaret. Quia cognita re optimates quos metus ceperat nihil non ausurum eum in summo magistratu: concordi et consentiente collega: auctores Bibulo fuerunt tantundem pollicendi: ac plaeiqz pecunias contulerunt: ne Latone quidem abniente eam largitionem e re publica fieri. Igitur cum Bibulo consul creatus est: eandem ob causaz opera ab optimatibus data est: ut prouinciae futuris consulibus minimi negotij idest siluae callesque decernerentur. Quia maxime iniuria institerunt omnibus officijs hn. Pompeium affectatus est offensuz patribus: quod Mithridate rege victo concantius confirmarentur acta sua.

Sylva callis

# Primus Liber.

Pompeioqz. Ad. Crassum reconciliauit veterem inimicum ex consula  
tu: quem summa discordia simul gesserant. Ac societatez cū ytroqz inijt:  
ne quid ageretur in re pu. q d' displicuisse vlli e tribus.

De gestis per eum in consulatu.

Nito honore primus omnium instituit: vt tam senatus qz popu  
li diurna acta conficerentur: et publicarentur. Antiquum etiam  
retulit more: ut quo mense fasces non haberet: accensus ante eum iret:  
lictores pone sequerentur: lege autem agraria promulgata obnuciatez  
collegam armis foro expulit. Ac postero die in senatu conquestum: nec  
quoqz regto qui super tali cōsternatione referre aut cēsere aliquid aude  
ret: qualia multa saepe in lemoribus culpis decreta erant: in eam coegit  
despationem: ut quoad potestate abiret domo abditus nihil aliud qz p  
edicta obnunciaret. Unus ex eo tempore omnia in re. p. et ad arbitrium  
adiministravit: ut nonnulli urbanoyz: quum quid p iocum testandi gratia  
signarent: nō Laesare et Bibulo: sed Julio et Laesare cōsulibus: actum  
scriberent bis eundem praepontentes nomine atque cognomine: utque  
vulgo mor ferrentur hi versus.

Non Bibulo quiddam nuper: sed Laesare factum est.

Nam Bibulo fieri consule nil memini.

Lampum stellatē maioriibus consecratum: agrumqz campanū ad sub  
sidia reip. vectigalem relictum diuisit extra sortem: ac viginti milibus ci  
uium: quibus terni pluresue liberi essent. Publicanos remissionem petē  
tes tertia mercedum parte relevauit: ac ne in locatione nouoz vectigali  
um immoderatus licerentur: propalam monuit. Laetera item quae cui  
qz libuissent: dilargitus est cōtradicēte nullo: ac si conaretur quis: abster  
rito. Ad. Latonem interpellatē extrahi curia per lictorem: duciqz in  
carcerem iussit. Lutio Lucullo liberius resistenti tantum calūniay metū  
iniecit: ut ad genua vltro sibi accederet. Licerone ī iudicio quodam de  
plorante tempoz statum: Publīum Clodium inimicū eius frustra iam  
pridem a patribus ad plebem transire nitētem eodem die: horaqz nona  
transdixit. Postremo in vniuersos diuersae factionis iductū p̄fiteretur:  
productusqz pro rostris auctores ex cōpacto nominaret. Sed uno atqz  
altero frustra nec sine suspicione fraudis nominatis desperans tam prae  
cipitis consiliū euentum interceptisse veneno indicem creditur.

De Calphurnia vxore recepta et filia Julia Pompeio tradita:

Ab idem tempus Calphurniā. L. Pisonis filiam successuri sibi  
in cōsulatu durit vxorem: suamqz Juliā. Hn. Pompeio collo  
cauit: repudiato priore sposo Teruilio Lepione: cuius vel p̄cipua  
opera pauloante Bibulum impugnauerat. Ac post nouā affinitatē Po  
peium primum rogare sententiā coepit: quum Crassum soleret: esetqz  
consuetudo: ut quem ordinem interrogandi sententias consul kalendis  
Januarijs instituisset: eum toto anno conseruaret.

# Julius Caesar.

**D**e Imperio galliarum ei concessis post consulatu.

**C**ecero igitur generoq; suffragantibus ex omni puericariū copia gallias potissimum elegit: cuius emolumento et opportunitate idonea sit materia triumphorum: et initio quidem galliam cisalpinā illyrico adiecto lege vatinia accepit: mox per senatum comitā quoq; veritis partibus ne si ipi negassent: populis et hanc daret: quo gaudio elatus non temperauit: quin paucos post dies frequenti curia iactaret initis: et gentibus aduersarijs adeptum se quae cōcupisset. pīnde ex eo insultaturū omīz capitibus: ac negante quodā p cōtumeliam facile hoc ulli foeminae fore: respondit quasi alludens ī Assyria quoq; regnasse Semiramē: magnamq; asiae partem amazones tenuisse.

**D**e accusatione gestorum consulatus eius.

**A**uctus consulatu. L. Alcēmio. L. qz Domitio praetoribus de superioris anni actis referentibus cognitionē senatui detulit: nec illo suspiciente: triduoq; per irritas altercationes absumpto ī puericariū abijt: et statim quaestor eius in praeiudicium aliquot criminibus arreptus est. Aldor et ipē a Lucio Antistio Tr. pl. postulatus: appellato demum collegio obtinuit: quum reipu. causa abesset: reus ne fieret. Ad se curitatē ergo posteri temporis in magno negocio habuit: obligare semper annuos magistratus: et e competitoribus non alios adiuuare: aut ad honorem pati peruenire: qz qui sibi pepigissent propugnaturos absentiam suam: cuius pacti non dubitauit a quibusdam insurandum: atq; etiam Syngrapham exigere.

**D**e Domitio minante Caesari: et gestis per eum in gallia.

**S**ed quū. L. domitius consulatus candidatus palaz minaretur consulem se effecturum: quod pretor nequisset: adepturumq; ei exercitus: Crassum Pompeiumq; in urbem prauinciae suae Lucam extractos compulit: ut detrudendi Domitij causa consulatum alterum petarent: perfecitq; vtrunq;: et vt in quinquenium sibi imperium prorogaretur. Quā fiducia ad legiones: quas a republica acceperat: alias priuato sumptu addidit. vnam etiam ex transalpinis conscriptaz vocabulo quoq; gallico: alauda enim appellabatur: quam disciplina cultuq; romano institutam et ornatam postea vniuersam ciuitate donauit. Nec deinde vlla belli occasione iniusti quidem ac periculosi abstinuit tam foederatis qz infestis ac feris gentibus ultro lacesitis: adeo ut senatus quondam legatos ad explorandum statum galliarum mittendos decreuerit: ac nonnulli dedendum eum hostibus censuerint: sed prospere decedentibus rebus: et saepius et plurim. qz quisquaz vñqz dierum supplicaciones impetravit.

**D**e gestis per eum in gallia:

**G**essit autem. ix. annis: quibus in imperio fuit: haec fere: omnes galliam: quae a saltu pyreneo alpibusq; et monte gebenna: flu minibusq; rheno et rhodano cōtinetur: patetq; circuitu ad bis et tricies

Gallia

Gallia

320000

# Julius Caesar.

Germanos  
Germani Trans  
rhenum

Germania  
Germaniae fines  
Marca

centum milia passuum praeter socias: ac bene meritas ciuitates: i. puer  
ciae formam. redegit: eiq; in singulos annos stipendij nomine imposuit.  
Hermanos: qui trans rhenum incolunt: primus romanorum pote fabrica  
to aggressus maximis affectis cladibus. Aggressus et britanos ignotos  
antea: superatisq; pecunias et obsides imperauit: per tot successus ter nec  
amplius aduersum casum exptus in britania classe vi tempestatis prope  
absumpta: et in gallia ad Hergouiam legione fusa: et in germanorum fini  
bus Liturio et Aurunculeio legatis per insidias caesis.

De morte matris filiae et nepitis eius et alijs gestis per eum.

e Odem temporis spacio matrem primo: deinde filiam: nec mul  
to post nepte amisit. Interimq; cōsternata Publij Clodij cae  
de repu. quū senatus vnu cōsulem nominatimq; L. Pompeium fieri  
censuisset: egit cum tribunis plebis collegaz se Pompeio destinatibus:  
id potius ad populu ferrent: vt absenti sibi: et quādo imperij tempus ex  
pleri coepisset: petitio secudi cōsulatus daretur: ne ea causa maturius et  
imperfecto adhuc bello decederet: quod vt adeptus est: altiora iam medi  
tans: et spei plenus: nullum largitionis: aut officiorū in quēquam genus  
publice priuatimq; omisit. foꝝ de manubijs inchoauit: cuius area super  
sestertiū milies cōstituit: munus populo epulumq; pūnicauit in filiae me  
moriā: quod ante eū nemo fecit. Quorū vt qz marie expectatio esset: ea  
quae ad epulū ptinerent: qzuis macellarijs ablodata: etiā domesticatim  
apparabat. Gladiatores notos sicubi festis spectatoribus dimicaret: ui  
rapiendos reseruandosq; mandabat. Tyroneſ neq; i ludo: neq; per la  
nistas: sed in domibus p equites romanos: ac et per senatores armorū  
peritos erudiebat precibus enitens: quod epistolis eius ostenditur: vt  
disciplinam singulorum susciperet: ipiq; dictata excentibus darent. le  
gionibus stipendum i perpetuum duplicauit. frumentum: quotiens co  
pia esset: etiam sine modo mensuraq; præbuit. Ac singula interdū man  
cipia et prædia viritim dedit.

De affinitate cum Pompeio reuocata: et alijs gestis eius.

a D retinendam autē Pompei necessitudinē ac voluntatem: Oc  
tauiam sororis suaē neptem: quae. L. Marcella nupta erat: con  
ditione ei detulit: sibiq; filiam eius i matrimoniu petiit Fausto Syllae  
destinatā. Omnibus vero circa eū: atq; et parte magna senatus gratui  
to: aut leui foenore obstrictis: ex reliquo quoq; ordinum genere: vel ini  
tatos: vel sponte ad se comeantes vberimo congiario psequebatur:  
Libertos insuper seruulos que cuiusq; prout domino: patrono ue gra  
tus quis esset. Num reorum aut obaeratorū aut pdigae iumentutis sub  
sidium vnicū ac p̄optiflīmū erat: nisi quos grauior criminū: vel inopiae  
luxuriaue vis vrgeret: qz vt subueniri posset a se. His plane palam bel  
lo ciuili opus esse dicebat.

De Amicicia regum et prouinciarum allata per eum et decreto se  
natus contra eum facto propter suspicionem gestorum eius.

n Ec minore studio reges: atq; prouincias per terrarū obvem alli

# Julius Caesar.

ciebat: alijs captiuoz milia dono offerēs: alijs citra senatus populiqz au-  
ctoritatē quo vellent: et quotiens vellēt: auxilia summitēs: superqz italiae  
galliazqz et hispaniaz Asiae quoqz: et graeciae potētissimas vrbes prae-  
cipuis operibus exornās: donec attonitis iam oibus et quorū illa ten-  
derēt reputatibus. **M**. Claudio **M**arcellus cōsul edicto praefatus de  
summa se republica acturū rettulit ad senatuz: ut ei succederetur ante tē-  
pus: quoniā bello cōfecto par esset: ac dimitti deberet victor exercitus:  
et ne absentis ratio comitijs habcret: quādo ne plebiscito **D**ōpeius po-  
stea abrogasset. Acciderat autem: ut is legem de iure magistratum fe-  
rēs eo capite quo a petitione honoz absentes summouebat: ne Laesarē  
quidem exciperet per obliuionē. Ac mox lege iam ī aesi incisa et ī aerariū  
cōdita corrigeret errorē: nec cōtētus **M**arcellus, p̄uincias Laesari et  
privilegiū eripere. rettulit etiā ut colonis: quos rogatione uatinia nouū  
**L**omū dedurisset: ciuitas adimeretur: quod p̄ abitionē et vltra praescri-  
ptū data esset. **D**e Prouisione Laesaris cōtra decretū senatus

**C**ōmōtus his Laesari: ac iudicans quod saepe ex eo auditum  
ferūt: difficilius se principem ciuitatis a primo ordine ī secūdū:  
qz ex secūdo ī nouissimū detrudi summa ope restitit: partim p̄ itercessio-  
res tribunos: partim p̄ Seruium sulpitium alterum cōsulem. In sequē-  
ti quoque āno Laio **M**arcello: qui fratri patruei suo **M**arco ī cōsula-  
tu successerat eadem tentāte collegam eius **A**emilium **P**aulum, Laiuz  
que Eurionem violentissimū tribunorū ingenti mercede defensores pa-  
rauit. Sed quium obstinatius omnia agi videret: et designatos etiā cōsu-  
les e parte diuersa senatū litteris deprecatus est: ne sibi beneficū popu-  
li adimeretur: aut ut caeteri quoqz iperatores ab exercitibus discederēt:  
cōfisus ut putat: facilius se simul atqz libuisset veteranos cōnocaturū: qz  
**D**ompeium nouos milites. Eū aduersarijs autem pepigit: ut dimissis  
octo legionibus trāsalpinaqz gallia duae sibi legiones: et cisalpina prouī-  
cia: vel etiam vna legio cum illyrico cōcederetur: quoad consul fieret.

## De causis ciuilium belloz Laesaris.

**V**erum neqz senatu interueniēt et aduersarijs negatibns vllam  
se de re. p. facturos factionem transijt in citeriorē galliam: cō-  
uentibusqz peractis Rauēnae substitutibello vindicaturus: si quid d̄ tri-  
bunis plebis itercedētibus p̄ se grauius a senatu cōstitutū esset. Et prae-  
textū quidem illi ciuilium armoz hoc fuit. Causas autem alias fuisse o-  
pinatur. **H**n. **D**ompeius ita dicitabat: quod neqz opera cōsumare quae  
instituerat: neqz populi expectationem: quā de aduentu suo fecerat: pri-  
uatis opibus explere posset: turbare omnīa ac pmiscere voluisse. Alij ti-  
muisse dicūt: ne eoꝝ quae primo cōsulatu aduersus auspicia legesqz et in-  
tercessiones gesſisset: rationem reddere cogeretur. Quū. **M**. Lato idē-  
tidem nec sine iureiurā denūciaret delatuꝝ se nomen eius: simulac pri-  
mum exercitum dimisisset: quāqz vulgo fore praedicaret: ut si priuatus  
redijset: **M**itolis exēplo circūpositis armatis causaz apud iudices dice-  
ret Quod pbabilius facit **A**sinius **D**ollio pharsalica acie caesos, psli

Causa dicere

verantur  
per rectiſ

# Primus Liber.

gatosq; aduersarios prospicientem haec eum ad uerbum dixisse refferebant: hoc vulnerunt tantis rebus gestis. **L**Caesar cōdemnatus essem: nisi ab exercitu auxilium petissem. Quidam putant captū imperij cōsuetudine: penitatisq; suis & inimicorum viribus vsum occasione rapiendae dominationis: quam aetate prima cōcupisset: quod existimasse videbat & Cicero scribens de officijs tertio libro semper Caesarem in ore habuit se eos in phoenissis.

**Euripidis** versus:  
quos sic ipse conuertit: nam si violandum est ius: imperij gratia violandum est: alijs rebus pietatem colas.

De progressu eius a Rauenna ad Rubiconem:

**C**Um ergo sublatam tribunorum intercessionem ipsosq; urbe esse fuisse nūciatum est: praemissis cōfestim clam cohortibus: ne qua suspicio moueretur & spectaculo publico per dissimulationem interfuit: & formā q; ludū gladiatoꝝ erat aedificaturus: cōsiderauit: & ex cōsuetudine cōuiuio se frequenti dedit. Deinde post solis occasum mulis e. pri mo pistrino ad vehiculū iunctis occultissimum iter modico comitatu in gressus est: & quum luminibus extinctis decessisset via: diu errabundus tandem ad lucem duce reperto per angustissimos tramites pedibus euasit. Consecutusq; cohortes ad Rubiconem flumen: qui prouinciae eius finis erat: paulum constitit: ac reputans quantum moliretur, conuersus ad proximos et iam nunc: inquit: regredi possumus: quod si ponticulū transierimus: omnia armis agenda erunt.

De ostento facto apud rubiconem Caesari dubitanti.

**C**inctanti ostentum tale factum est: quidam eximia magnitudo ne & forma in proximo sedens repente apparuit harundine canens: ad quem audiendum quum praeter pastores plurimi etiam ex stationibus milites cōcurrissent: interq; eos & aeneatores rapta ab urbe profiliuit ad flumen: & ingenti spiritu classicum exorsus pertendit ad alteram ripam: Tunc Caesar eatur inquit: quo deorum ostenta & inimicorum iniquitas vocat: iacta alea est inquit.

De transitu Rubiconis & eius concione.

**A**Eq; ita traecto exercitu adhibitis Tribunis plebis qui pulsi superuenerant: pro concione fidē militum flens: ac ueste a pectore discissa inuocauit. Existimatur etiaz equestres census pollicitus singulis: quod accidit opinione falsa. Nam quum in alloquendo: exhortando q; saepius digitum laeuae manus ostentans affirmaret se ad satisfaciēdum omnibus: per quos dignitatem suam defensurus esset: anulum quoq; aequo animo detracturū sibi: Extrema concio: cui facilius erat vide re concionanteꝝ q; audire: p. dicto accepit: quod visu suspicabatur: promissumq; ius anuloꝝ cū milibus quadragenis fama disulit.

De aduentu eius ad urbem & alijs gestis eius.

**R**edo & summa rerum: quas deinceps gessit: sic se habent. Sidenum: umbriam: ethruriā occupauit: & L. Domitio: qui per tu

*Aeneatores*

*Iacta alea die habeo de Virg.*

*Be domini pvt*

*M. 200*

*200*

*200*

*sesquia*

*200*

# Julius Caesar.

8

multum successor ei nominatus corfum praesidio tenebat i deditoꝝ redacto: atqꝫ dimisso secundū superum mare Br̄dusiuꝝ tetendit: quo consules P̄opeiusqꝫ confugerant: qzprimuꝝ transfretaturi: hos frustra per omnes moras exitu prohibere conatus Romam iter conuertit. Ap pellatisqꝫ de republica patribus validissimas P̄opeij copias quae sub tribus legatis. M. Petreio & L. Afranio & M. Garrone in hispania erant: inuasit: professus ante inter suos ire se ad exercituz sine duce: & inde reuersurum ad ducem sine exercitu. Et qzqꝫ obsidione Massiliae quae sibi in itinere portas clauerat: summaqꝫ frumentariae rei penuria retardante: breui tamen omnia subegit.

Superum mare

Massilia

Egypt.

Mithridates magni  
Mithridates

Cantabrigia

b De victoria eius contra Pompeium Ptolemaeuꝝ: & quosdā alios.  
Inc vrbe repetita Macedoniam trāsgressus Pompeium per quattuor pene menses maximis obsecsum operibus ad extremum pharsalico proelio fudit: & fugientem Alexandriam persecutus: ut occisum deprehendit: cū Ptolemaeo rege a quo sibi quoqꝫ insidias tendi videbat: belluꝝ sane difficillimum gessit: neqꝫ loco: neqꝫ tempore aequo: sed hyeme anni: & intra moenia copiosissimi: ac solertissimi hostis inops ipse rerum omnium atqꝫ imparatus. Regnum aegypti victor Cleopatrae fratri qz eius minori permisit: veritus prouinciam facere: ne quandoqꝫ violentiorem praesidem nacta nouarum rerum materia es set. Ab Alexandria i syriaꝝ & inde pontum transiit vrgentibus de pharnace nūcijs: quem Mithridatis magni filium: actunc occasione temporum bellantem iamqꝫ multiplici successu praeferoce in tra quintum qz assuerat diem: quattuor quibus in conspectum venit horis: una pro fligauit acie: crebro commemorans Pompeij foelicitatem: cui praeci pua militiae laus de tam imbelli genere hostiū contigisset. Dehinc Scipionem ac Iubam reliquias partium in africa refouentes deuicit: P̄o peij liberos in hispania.

De cladi bus eius & legatorum suorum:

c Onibus ciuilibus bellis nullam cladem nisi per legatos suos passus est: quorum. L. Lurio in africa periit. L. Antonius in illyrico in aduersariorum deuenit potestatem. P. Dolobella classem in eodem illyrico. Hn. Domitius: Laluinus in ponto exercituz amiserūt. Ipse prosperime semper: ac ne ancipiti quidem vñquaꝝ fortuna praeter qz bis dimicauit. Semel ad durachium vbi pulsus nō instantē Pompeio: negauit eum vincere scire. Item in hispania ultimo proelio cum desperatis rebus etiam de conciscenda nece cogitauit.

De triumphis eiusdem.

c Infectis bellis quinquies triūphauit: post deuictum Scipio nem̄ quater eodeꝝ mense sed interiectis diebus: & rursus semel post superatos Pompeij liberos. primū & excellentissimum triūphū egit gallicum: sequentem Alexandrinum: deinde ponticum: huic proximum Africanum: nouissimum hispaniensem diuerso quenqꝫ apparatu: & instrumento. gallici triūphi die velabruꝝ praeteruehens poene curru ex

Vix com̄

# Primus Liber.

Festuca  
25

cussus ē axe diffracto. Ascenditq; capitolii ad lumina quadraginta elephantis dextra atq; sinistra lychnos gestantibus. Pontico triumpho inter pompaē fercula trium verboꝝ praetulit titulu: veni: vidi: vici: nō acta belli significantem sicut caeteris: sed celeriter confecti notam.

De praemijs veteranis et liberalitate populo per eū exhibitis.

v Eteranis legionibus praedae nomine in pedites singulos super bina sextertia: quae initio ciuilis tumultus numerauerat: in equites vicena: quaterna milia nummū dedit: assignauit et agros: sed non continuos: ne quis possessorum expelleretur. Populo praeter frumenti denos modios: ac totidem olei libras: trecenos quoq; numeros: quos pollicitus olim erat: viritim diuisit: et hoc amplius centenos pro mora. Annam etiā habitationem Romae usq; ad bina milia nummum. In italia non ultra quingenos sextertos remisit. adiecit epulum ac viscerationem: et post hispanensem victoriam duo prandia. Nam quum prius parce: neq; pro liberalitate sua praebitū iudicaret: quinto post die aliud largissimum praebuit.

De varijs spectaculis per eum editis.

e Didit spectacula varij generis. munus gladiatoꝝ, ludos etiam regionatim vrbe tota et quidem per omniū linguarum histriones. Item circenses: athlaetas: Naumachia: munere in foro depugnauit furius Leptinus stirpe praetoria et A. Calpenus senator quondam: actorq; causarū. Syrrhicam saltauerunt Asiae: bithyniae q; p̄cipum liberi. Ludis Decimus Laberius eques romanus mimū suū egit: donatusq; quingentis sestertijs et anulo aureo. Sessum in quatuordecim scaena per orchestram transiit circensibus spacio circi ab utraq; parte p̄ducto: et in gyrum Euripo addito. Quadrigas: bigasq; et equos de sultorios agitauerunt nobilissimi iuvenes. Troia lusit turma duplex maiorū minorumq; puerorū. Gelenationes aeditae per dies quīq; ac nouis sime pugna diuisa in duas acies quinquagenis peditibus: elephatis vi cenis: tricensis equitibus hic et idē cōmissis. Nam quo laxius dimicatur: sublatae metae: inque earum locum bina castra ex aduerso consti tuta erant. Athletae stadio ad tempus extructo in regione Libartij campi certauerūt per triduum. Nauali proelio i minore codeta defossolacubiri remes: ac triremes: quādriremesq; tyriae et aegiptiae classis magno pugnatorū numero conflixerunt. ad quae omnia spectacula tantum vndiq; confluxit homiū: vt pleriq; aduenae aut iter vicos aut iter vias tabernaculis positis manerent: ac saepe p̄ea turba elisi: exanimatiq; sint pluri: et i his duo senatores.

De ordinatione anni: et faustorum dierū.

Onuersus hic ad ordinandum reipu. statum fastos correrit iam pridem vitio pontificum per iter calandi licentia adeo turbatos: vt neq; messium feriae aestati: neq; videmiarum autūno competenter. Annūq; ad cursum solis accōmodauit: vt trecentorum sexagitaquīq; dierum esset: et iter calario mense sublato unus dies quarto quoq; anno

Trecentorum  
Exagm̄tūq;

Itercalaria ſim

Itercalare

360

# Julius Caesar.

Intercalare.

9

intercalaretur: quo autem magis in posterum ex kalendis Januarijs nobis temporum ratio congrueret: inter nouembres: ac decembres mesem interiecit duos alios: fuitqz is annus quo haec constituebantur. xv. mensum cum intercalario: qui ex consuetudine in eum annum inciderat.

De senatus et officiorum supplemento et ordinatione.

Enatum suppleuit: patricios allegit: praetorii: aedilium: quaestorum: minorum etiam magistratu numeruz ampliavit: nudatos operere censorio aut sententia iudicu de ambitu cōdemnatos restituit: comitia cu populo partitus est: ut exceptis cōsulatus cōpetitoribus de cetero numero candidatoru pro parte dimidia: quos populus vellet: pnum ciaretur. p pte altera quos ipse dedisset: et edebat p libellos cuiqz tribui missos scripture breui. Caesar dictato illi tribui: comedo uobis illu et il lu: ut vestro suffragio sua dignitate teneat. Admisit ad honores et pscriptoz liberos. Judicia ad duo genera iudicium rededit equestris ordinis ac senatorij. Tribunos aerarios: quod erat tertium: sustulit R. ecensum populi: nec more: nec loco solito: sed vicatim p dominos insularuz egit: atqz ex vinginti trecentisqz milibus accipientiu frumentu e publico ad cettu qui quagita retraxit. Ac ne qui noui coetus recensionis causa moueri quandoqz possent: instituit quot annis in demortuoz locum ex his: qui recensiti no essent: subsortitio a praetore fieret. Octoginta autem ciuiuz milibus i transmarinas colonias distributis ut exhaustae quoqz vrbis frequentia suppeteret. Sanxit ne quis ciuis maior viginti annis: minor ue decem: qui sacramento no teneretur: plus trienio cotinuo italia abes set: ne quis senatoris filius nisi cotubernalis: aut comes: magistratus p egre pficisceretur: neve hi qui pecuariam rem faceret minus tercia parte pubez igenuorū inter pastores haberente omnesqz medicinā Romae professos liberalium artium doctores quo libentius et ipsi urbem icole rent: et caeteri appeterent: ciuitate donauit. De pecunijs mutuis disiecta nouarum tabularum expectatione: quae crebro mouebatur: decreuit tandem: ut debitores creditoribus satisfaceret per aestimationem possessionuz: quanti quasque ante ciuelle bellum cōparassent deducta summa aeris alieni: si quid usurae nomine numeratū aut praescriptū fuisset: qua condicione quarta pars fere crediti depibat. Lucta collegia praeter antiquitus constituta detrarit. Doenas facino auxit: et quū locupletes eo facilius scelere se obligarēt: quod itegris patrimonij exulabat: parricidas ut Licero scribit: bonis omnibus reliquos dimidia parte mulctauit

De labore eius in iure discendo: et legibus p eum editis.

Eis laboriosissime ac severissime dixit. repetuaz cōvictos etiam ordine senatorio mouit. diremit nuptias praetorij viri: qui digressam a marito post bīdū statim duxerat: qzuis sine probri suspicione. Peregrinaz mercū portoria instituit. Lecticarū usum: itez cōchiliatae vestis et margaritaz: nisi certis psonis: et aetatibus: pque certos dies admittit. legem praecepue sumptuariaz exercuit dispositis circa macelluz cu

b.i.

Sumptuaria Lex.

SUMPTUARIA LEX.

Intercalare : Intercalaris.

Cornuta.

Cornuta

Colonia electa 3000  
• 8000.

Medici doctri  
MEDICI.

poena seclcu

praetorij vir

Supradicū lex

Sumptuaria lex

## Primus Liber.

Obsonia

Descriptio Romanorum  
vitem

bibliotheca

Daci  
Parthi

Sparta cypel

Tessellata  
Sectilia

stodibus: qui obsonia contra vetitum retineret: portaretq; ad se submissis nonnunq; lictoribus atq; militibus: qui si qua custodes fefellerent: iam apposita e triclinio auferrent.

De festinatione eius in ornata urbe: et impio ampliando

**n** Am de ornata instruedaq; urbe: item de tuendo ampliandoq; imperio plura: ac maiora in dies destinabat: in primis Mars tē plū q̄stum nusquam eset extruere: replete et complanato lacu in quo nau machiae spectaculum ediderat: Theatruq; summae magnitudinis tar peo moti accubans. Ius ciuale ad certū modū redigere: atq; ex iuncta diffusaq; legū copia optima quaeq; et necessaria in paucissimos cōferre libros. bibliothecas graecas et latinas: quas maximas posset publicare data Marsilio Garroni cura comparandaz: ac digerendaz. siccari ponti nas paludes: emittere fucinum lacum: viam munire: a mari supero per a pennini dorsum ad tyberim vsq; perfodere isthmū. Dacos qui se in pontum et Thraciam effuderant: coercere. mox parthis inferre bellum p armeniam minorem: nec nisi ante expertos aggredi proelio. Talia agentē atq; meditantem mors praeuenit: de qua prius q; dicam: ea quae ad formam et habitum et cultum et mores: nec minus quae ad ciuilia et bellica et ius studia pertineant: non alienū erit summatum exponere.

De statura: et cultu corporis eius.

**E**ille traditur excelsa statura: colore candido: teretibus membris: ore paulo pleniora: nigris vegetisq; oculis: valitudine prospera: nisi quod tempore extremo repente animo linqui: atq; etiam p somnum extereri solebat: comiciali quoq; morbo bis iter res gerendas correptus est. Circa corporis curam morosior ut nō solū tonderetur diligenter: ac raderetur: sed velleretur etiam: ut quidam exprobauerunt. Laluitij vero deformitatē iniquissime ferre saepe obrectatorū iocis obnoxiam experitus: Ideoq; et deficientem capillū renocare a vertice assuerat: et ex omnibus decretis sibi asenatu populoq; honoribus: non aliud aut recipit: aut usurpanit libentius q; ius laureae coronae perpetuo gestandae: etiā cultu notabilem ferunt: usum enim lato clavo ad manus fimbriato: nec ut unq; aliter q; super cum cingeretur: et quidem fluxiore cinctura: unde emanasse Syllae dictum constat optimates saepius admonētis ut male praecinctum puerum cauerent.

De habitatione eius et structura villarum eius.

**b** Abitauit primo in suburra modicis aedibus. post autē pōtifica tū maximū i sacra via domo pub. mūditiariū: lauticiaq; studio fissum multi pdiderunt. villam in nemorensi a fundamētis inchoatā magno que sumptu absolutam. quia nō tota ad animū ei respōderat: totā diruisse q; tenuem adhuc et obaeratum. in expeditionibus tessellata et sectilia pavimenta circumulisse.

De cupiditate genitrix margaritarum et signorum operis antiqui eius.

**b** Britanniam petisse spe margaritarū: quā amplitudinē cōseren

Britania.

Tessellata.

## Julius Caesar: IVL

tem interdum sua manu eregisse pondus: gemmas: toreumata: signa: tabulas operis antiqui semper animosissime comparasse: seruitia recentiora politioraq; immenso pretio: t cuius ipsum etiam puderet: sic ut rationibus veteraret: inferri.

De coniuis: t domestica disciplina suoꝝ.

c Onuiuatum assidue p provincias duobus triclinijs: uno quo sagati palliati ue: altero quo togati cū illustroribus princijs digniſeret. Domesticam disciplinam in paruis ac maioribus rebus diligenter adeo seuereq; rexit: vt pistorem alium q; sibi panē coniuijs subijcitem: compedibus vinxerit. Libertum gratissimum ob adulteratam equitis romani uxorem q; nullo querente capitali poena affecerit.

De pudicicia eius prostrata apud Nicomedem regem.

Pudiciciae eius famam nihil qdem preter Nicomedis cotubernium laesit: graui tamen t peremni obprobrio: t ad oīum conuicia exposito. Omitto Lalui Licinij notissimos versus: Bithynia quicq; t paedicator Laesaris unq; habuit. Praetereo actiones Dolobellae: t Lurionis patris: in quibus eum Dolebella pellicem reginæ. spondaz interiorem regiae lecticae. At curio stabulum Nicomedis t Bithynicū fornicem dicunt. Absissa etiam facio edicta Bibuli: quibus prescripsit collegā suum Bithynicam reginam: eiq; antea regem fuisse cordi: nūc esse regnū. Quo tempore ut. M. Brutus refert. Octauius etiā qdam valitudine mentis liberius dicax conuentu maximo: quum Pompeium reges appellasset: ipsum reginā salutauit. Sed. L. Demmius etiā ad cyathuz t uinum Nicomedi stetisse obiecit cum reliquis exoletis pleno coniuiio: accubantibus nonnullis vrbicis negotiatoribus: quoꝝ refert noia. Licerero vero non contetus in quibusdam epistolis scripsisse a satellitibus eis in cubiculum regiuꝝ eductum: in aureo lecto: veste purpurea decubuisse: florē q; aetatis a Genere ortae in bithynia contaminatum. quondam etiā in senatu defendantि enire causam filiae Nicomedis: beneficiaq; regis in se commemorati remoue inquit istaec oro te: qm̄ notū est: quid ille tibi: t quid illi tu dederis. Gallico deniq; triūpho milites eius inter caetera carmina: qualia currum psequentes loculariter canunt: etiam vulgatissimū illud pronunciauerunt: gallos Laesat subegit: Nicomedes Laesare. Ecce Laesar nunc triumphat: qui subegit gallias: Nicomedes non triumphat. qui subegit Laesarem.

De Luxuria: t Libidine eiusdem?

Ronum t sumptuosum t libidines fuisse constans opinio est: plurimasq; t illustres foeminas corrupisse: in quibus postumiam Seruij Sulpicij: Zoliam Auli gabini: Tertullaz. Ad. L. rassi etiam. Hn. Pompeij Absutiam. Nam certe Pompeio t a Lurionibus patre t filio t a multis exprobatum est: quod cuius causa post tres liberos exegisset uxorem: t quem gemens Registum appellare consueisset: eius postea filiam potentiae cupiditate in matrimonium recepisset: sed ante alias dicit. Ad. Brutii matrem Seruiliaz: cui t proximo suo consulatu seragies

b.ij.

# Primus Liber.

sestertium margaritam mercatus est: et bello ciuili super alias donatio-  
nes amplissima praedia ex auctionibus hastae nummo addixit. Quum  
Antonij societatem semper dubiam et incertā recōciliationibus variis  
male focillatam abruptit tandem. Et quo magis degenerasse eum a ciui-  
li more approbaret: testamētūz quod is Romae etiā de Cleopatrae libe-  
ris inter haeredes nuncupatis reliquerat: aperiendum recitandumqz p  
concionē curauit. Remisit tamē hosti iudicato necessitudines amicosqz  
omnes: atqz inter alios. L. Sosium et L. Domitiū tunc adhuc consu-  
les. Bononiensibus quoqz publice qz in Antonioz clientela antiquitus  
erant: gratiam fecit cōiurādi cum tota italia pro partibus suis. Nec mul-  
to post nauali proelio apud Actium vicit in serum dimicatione protra-  
cta: ut i naui victor pernoctauerit.

De bello actiaco et alexandrino: ac victoria eius cōtra An-  
tonium et Cleopatram.

a B Actio quum Samum insulam in hiberna se recepisset: turba  
tus nūciis de seditione militum praemia et missione poscentiū:  
quos ex oī numero cōfecta victoria Brūdusii praemiserat: repetiū ita-  
liam. tempestate in traectu bis cōflictatus: primo inter pfectoria pelo  
ponesi atqz Aetoliae: rursus circa mōtes ceraunos vtrobiqz parte li-  
burnicarum demersa simulqz eius in qua vehebatur fusis armamētis et  
gubernaculo disfracito. Nec amplius qz septem et. xx. dies donec desi-  
deria militum ordinarentur: Brūdusii cōmoratus: Asiae Syriaeqz cir-  
cuitu aegiptum petit. Obsessa Alexandria quo Antonius cum Cleopa-  
tra cōfugerat: breui potitus ē. Et antonii quidē seras cōditōes pacis tē-  
ptātem ad mortē adegit: vidiqz mortuū. Cleopatrae quā seruatā trium-  
pho magnopere cupiebat: etiā psillos admouit: qui venenū ac virus exu-  
gerent: qz periisse morbi aspidis putabatur. Ambobus cōmunē sepulturae  
honorem tribuit: ac tumulū ab ipsis inchoatum pfici uisit. Antonii iu-  
uenē maiorem de duobus Hulua genitis simulacro Dini Iulii: ad quod  
post multas et irritas preces cōfugerat arreptū iteremit. Itē Laesari-  
onē quē ex Laesā patr Cleopatra cōcepisse praedicabat tractū e fuga  
suppicio affecit. Reliquos Antōii ūgiaeqz cōmūes liberos nō secus ac ne-

# Octavius caesar aug.

cessitudine iunctos sibi conseruauit: et mor pro condicione cuiusq; susli-  
nuit: ac fuit.

*De gestis per eum in aegypto.*

¶ idem tempus cōditorum et corpus magni Alexandri quum  
prolatum e penetrati subiecisset oculis: corona aurea iposita ac  
floribus aspersu; yeneratus est: cōsultusq; num et Ptolemaeū spicere  
vellet: regē se ait voluisse videre nō mortuos. Aegyptū i pūciae formaz  
redactā vt feraciorē habiliorezq; ānonae vrbicae redderet: fossas omēs  
in quas nilus exaestuat oblimatas longa vetustate militari ope detersit.  
Quoq; actiacaē victoriae memoria celebratioꝝ et in posterū effet: vrbem  
Nicopolim apud Actium cōdidit: ludosq; illic quīquenales constituit:  
et ampliato vetere Apollinis templo locū castrorum quibus fuerat vſus  
exornatum naualibus spolijs. Neptuno ac Marti consecravit.

*De coniurationibus et conspirationibus cōtra eum.*

¶ multus post haec et rerū nouarum initia cōiurationesq; com-  
plures prius q; inualesceret: inditio detectas cōpressit: et alias a-  
lio tempore. Lepidi iuuenis: deinde Clarronis Surrenae: et Hāni Lepi-  
onis. Aldox. Al. Egnatij: exin Planti Russi Lucijq; Pauli p̄generis sui  
ac praeter has. L. Andasij falsay tabularū rei ac neq; aetate neq; corpo-  
re integri. Themasini epicadi ex gente parthica hibride: ad extremum  
Thelephī mulieris serui nomēculatoris. Nā ne ultimae qdem sortis ho-  
minum cōspiratione et periculo caruit. Andasius atq; Epicadus Julis  
filiam: et Agrippaz nepotē ex insulis qbus cōtinebantur rapere: ad extre-  
mū Thelephus quasi debita sibi fato dominatione: et ipsum et senatum  
aggredi destinaverant. Quin et quōdā iuxta cubiculū eius lira quidam  
ex illyrico exercitu ianitoribus deceptis noctu deprehēsus est: cultro ve-  
natorio cinctus: inops ne mentis an simulata dementia incertum. nihil  
exprimi quaestione potuit.

*De bellis externis per eum gestis.*

Eup. Eterna bella duo om̄ino per se gestit dalmaticū adolescens ad-  
huc: et Antonio deuicto cantabriū. Dalmatico etiā vulnera ex-  
cepit: vna acie dextrū genu lapide ictus: altera aut et crus et vtrūq; bra-  
chiūm ruina pontis cōsauciatus. Reliqua per legatos administravit: vt  
enī quibusdā pānonicis atq; germanicis aut iterueniret aut nō lōge abes-  
set. Ravēnā vel Allediolanū vel Aquilegiam vſq; ab vrbe progrediens.

*De prouincijs p enī domitis et in amiciciā receptis.*

¶ Om̄uit autem partim ductu: partim auspicij suis Lantabriaz:  
ibbe o Agtaniā: Pānoniaz: Dalmatiā cū illyrico om̄i. Itē Rhetiam et  
vindelicos ac Galassos: gētes alpinas coercuit: et dacorū incusiones  
tribus eorū ducibus cum magna copia caesis: germanosq; vltra Albin-  
ianū summonit: er quibus Sueuos et Siccambros dedentes se tradu-  
xit i gallia: atq; primis Rheno agris collocauit. Alias itē nationes  
male getas ad obsequum redegit. Nec vlli genti sine iustis et necessarijs  
causis bellū intulit. Lantūq; absuit a cupiditate quoquo modo iperium

*Conditionis prob*

*Vixit*

*Quinq; nali; finit*

*Vincelures*

*Cernavia*

*Sycambri*

*Suevi*

## Secundus liber.

vel bellicam gloriam augendi ut quorūdam barbarorū principes i aede  
martis vltoris urare coegerit mansuros se in fide ac pace quā peterēt.  
A quibusdam vero nouū genus obsidum foeminas exigere tentauerat:  
quod negligere marium pignora sentiebat: et tamen potestatem semper  
omnibus fecit: quotiens obsides vellent recipiendi. Neq; aut crebrius  
aut pfidiosius rebellates grauiore vnq; mulctatus est poena: q; vt cap-  
tuos sub lege venundaret: ne in vicina regione seruiret: neve intra. xxx.  
ānos liberarentur. Qua virtutis moderationisq; fama indos ēt ac scy-  
thas auditu modo cognitos pellexit ad amiciciam suam populiq; ro-  
vltro per legatos petēdam. Parthi quoq; et Armeniam vīdicāti facile  
cesserunt: et signa militaria quae. Ms. crasso t. Ms. Antonio ademerāt:  
reponcenti reddiderūt. obsidesq; isup obtulerunt. deniq; pluribus quō-  
dā de regno cōcertatibus nō nisi ab ipso electum cōprobauerūt.

De Jano per eum clauso t triūphis t ouationibus eius.

Anum Quirinū semel atq; iterū a conditā vrbe ante memoriaz  
suam clausum in multo breuiore temporis spatio terra mariq;  
pace parta ter clausit. Bis ouans ingressus ē vrbem post philippense t  
rursus post siculum bellum. Lurules triūphos tres egit. Dalmaticum:  
Actiacum: Alexandrinum continuo triduo.

De duabus cladibus eidem illatis.

Ms. graues ignominias cladesq; duas omnino: nec alibi q; ī  
germania accepit Lolianam et Varianam: sed Lolianam maiori-  
ris ifamiae q; detrimēti: varianam pene exitiabilem tribus legionibus  
cū duce legatisq; et auxiliis omib; caesis. Hac nūciata excubias p vri-  
bem idixit nē quis tumultus existeret: et praesidibus, puinciarū ppaga-  
uit imperiu;: vt a saecis et a peritis socij continerētur. Clouit et magnos  
ludos ioui optimo maximo si rēpu. ī meliorē statum vertisset: quod fac-  
tum cimbrico marsicoq; bello erat. Adeo nanq; cōsternatum serunt: vt  
per continuos menses barba capilloq; summissio caput interdū foribus  
illideret vociferans: Quintili Varre legiones redde: diēq; cladis quot

annis moestum habuerit ac lugubrem.

De disciplina eius circa rem militarem. ab anno ann: 100  
Re militari et cōmutauit multa et constituit: atq; ēt ad antiquū  
modē nōnulla reuocauit. disciplinaz seperissime rexit: ne legatoz  
qdē cuiq; nisi grauate hybernisq; demū mensibus pmisit vrorem inter-  
uisere. Equitem romanū q; duobus filiis adolescentibus causa detrec-  
tandi sacramenti pollices amputasset: ipsuz bonaq; eius subiect hastae:  
quē tamen q; imminere emptioni publicano s videbat: liberto suo addi-  
xit: vt relegatum in agro pro libero esse sineret. Decimam legionem con-  
tūracis parētem cum ignominia totam dūmisit. Item alias immode-  
ste missione postulantes citra commoda emeritorum præmiorum et  
auctoranz: cohortes suuae cessissent loco: decimatas ordeo pavuit. Len-  
tūriones statione deserta itidem vt manipulares capitali anima duer-  
sione puniuit: pro caetero delictorum genere variis ignominias affecit.

M. Llyy,  
Germani

# Octavius caesar aug.

vt stare p totum diem iuberet ante praetorium iterum tunicatos disci-  
ctosqz nonnūqz cū decēpedis vel ēt cespitem portantes.

De Hestis eius circa rem militarem.

n Eque post bella ciuilia aut in concione aut per edictum vlos mi-  
litū cōmilitones appellabat: sed milites. ac ne a filiis quidē: aut  
priuignis suis imperio praeditis aliter appellari passus est. Ambitiosus  
id existimans quā aut ratio militaris aut tēporum quies aut sua domus  
qz suae maiestas postularet. Libertino mīte praeterqz Romae icēdio-  
rum causa: et si tumultus in grauiore arnona metueretur bis v̄sus est:  
semel ad praesidiū coloniarū illyricū cōtingentium. Iterū ad tutelam ri-  
pae rhēni fluminis: eosqz seruos adhuc viris foeminisqz pecuniosiori-  
bus indictos; ac sine mora manumislos sub priore verillo habuit: neqz  
aut cōmixtos cū ingenuis aut eodem modo armatos. Dona militaria a  
li quanto facilius phaleras et torques et quicquid auro argentoqz con-  
staret: quā vallares ac murales coronas: quae honore praecelerent: da-  
bat has qzparcissime et sine abitione ac saepe ēt caligatis tribuit. Aldar  
cum Agrippam i sicilia post naualem victoram caeruleo verillo dona-  
uit. Solos triūphales qzqz et socios expeditionū et participes victori-  
arum suarum nūqz donis impariēdos putauit: quod ipsi quoqz ius ha-  
buissent tribuendi ea quibus vellent. Nihil autem minus in perfecto du-  
ce qz festinationem temeritatēqz conuenire arbitrabatur. Erebō ita-  
qz illa iactabat

Et sat celeriter fieri: quicquid  
fiat satis bene. Proelium quidem aut bellum suscipiendum omnino ne-  
gabat: nisi quū maior emolumenti spes qz damni metus ostenderetur.  
Nam minima cōmoda nō minimo sectantes discriminē similes aiebat  
esse aureo hamo pescantibus: cuius abrupti damnum nulla captura pen-  
sari posset.

De consulatibus et aliis gestis per eum.

m Agistratus atqz honores et ante tēpus et quosdam noui generis  
perpetuosqz coepit. Consulatum. xx. aetatis anno inuasit: admo-  
tis hostiliter ad vrbē legionibus: missisqz qui sibi nomine exercitus de-  
poscerent. Quiz quidē cūtante senatu Cornelius Lēturio princeps le-  
gationis rejecto sagulo ostendens gladij capulum: non dubitasset in cu-  
ria dicere: hic faciet si non feceritis vos. Secundum cōsulatū post noue  
annos. tertium āno intericto gessit: sequentes usque ad vndecimum cō-  
tinuauit. Multisqz morum quum deferrentur recusatis duodecimum ma-  
gno idest septendecim ānorū iteruallo: et rursus tertūdecimum biēnio  
post vltro petuit: vt. L. et Lucium filios amplissimo praeditus magistra-  
tu suo quenqz tyrocinio deduceret in forum. Quinqz medios consulatus  
a sexto ad vndecimum annuos gessit. Laeteros autēz aut nouem aut sex  
aut quattuor aut tribus mensibus: secundum vero paucissimis horis.  
Nam die kalendā Januarij quū mane pro aede capitolini Iouis paulu-

20  
praetorū tabernaculū  
imperiorū

Decampda,

Conmoluus

Germāni

auf gleichen verlust  
und v̄d

recayda,

## Secundus Liber.

lum curuli sella praesedisset: honore abiit suffecto alio in locum suum.  
Nec omnes romae: sed quartū consulatum in asia: quintum in insula sa-  
mo: octauum et nonum Taracone iniit.

De gestis per eum in officijs triūviratus : et  
tribunitiae potestatis.

**t**riumviratum reipublicae cōstituendae per decem ānos admi-  
nistrauit: in quo restitit aliquādiu collegis: ne qua fieret, pscrip-  
tio: sed incoptā vtroqz acerbius exercuit. Nāqz illis in multorum sae-  
pe psonaz p gratiaz t preces exorabilibus: solus magnopere cōdedit: ne  
cui parceretur. proscripsitqz etiam. L. Loraniū tutorē suum: eundēqz  
collegam patris sui Octauij in aedilitate. Junius Saturninus hoc am-  
plius tradit: quū peracta proscriptione. M. Lepidus i senatu excusasset  
praeterita: et spē clementiae in posterū fecisset: quoniam satis poenaruz  
exactum esset. Hunc e diuerso professum ita modum se pscribendi sta-  
tuīse: vt omnia sibi reliquerit libera: in cuius tamen pertinaciae poeni-  
tentiam. L. Junium Philopoemenē: quod patronum suum proscriptuz  
caelasse olim diceretur: equestri dignitate decorauit. In eadem hac pote-  
state multipli flagravit inuidia: nam et Pinarium equitem romanuz:  
cum concionante se admissa turba paganorum apud milites subscribere  
quaedam aiaduertisset: curiosum et speculatorē ratus corā confodi i  
perauit. Et Tedium afrum consulem designatum quia factum quoddā  
suum maligno sermone carpsisset: tantis conterruit minis: vt is se praeci-  
pitauerit. Et Quintum Hallum praetorem in officio salutationis tabel-  
las duplices veste tectas tenevit suspicatus gladiū occulere: nec qcōqz  
statim ne aliud inueniretur: ausus inquirere: paulopost per centuriones  
et milites raptum e tribunali seruilem in modū torsit: et fatentem nihil  
iussit occidi: prius oculis eius sua manu effosis: quem tamen scribit col-  
loquio petito insidiatum sibi coniectumqz a se in custodiam: deinde vr-  
be interdicta dimissum naufragio vel latronum insidiis periuisse. Tribu-  
nitiam potestatem perpetuaz recepit: in qua semel atqz iterum per singu-  
la lustra collegam sibi coaptauit. Recepit et morum legumqz regimen  
aeque ppetuum: quo iure quāqz sine censurae honore: censum tamen po-  
puli ter egit: primum actertium cum collega: medium solus.

De cogitatione resignandi Imperium: et de ornatu vrbis.

**d**reddenda republica bis cogitauit: primo post oppressuz statiz  
Antonium memor obiectum ab eo sibi saepius quasi per ipz sta-  
ret: ne redderetur. Ac rursus taedio diuturnae valitudinis quū ēt magi-  
stribus ac senatu domū accitis: rationarium imperij tradidit: sed re-  
putans et se priuatum non sine periculo fore et illam plurium arbitrio te-  
mere committi: in retinenda perseverauit: dubiuz euentu meliore an vo-  
luntate: quā voluntatem quū praesidens identidem p̄ae se ferret. Quo  
dam etiam edicto bis verbis testatus est: ita mihi saluam ac fōspitez rez  
publicam sistere in sua sede liceat: atqz eius rei fructum percipere quem  
peto: vt optimi status auctor dicar: et moriens vt feram mecum spem

# Octavius caesar aug.

29  
21

mansura i vestigio suo fundamenta. r.p. quae iecero: fecitqz ipse se cō-  
potem voti: nūs omnimodone quem noui status poeniteret. Urbez nā  
qz pro maiestate iperij ornatam et inundationibus icēdijsqz obnoxiam  
excoluit: adeo ut iure sit gloriatus marmoream se relinquere quā late-  
ritiam accepisset. Tūtam vero quantum praeuideri humana ratione po-  
tuit: et i posterum praestitit.

De operibus publicis per eum et alios instructis:

Ublica opera plurima extruxit: ex quibus praecipua forum cū  
aede martis vltoris: templū Apollinis in pallatio: aedem tonan-  
tis iouis i capitolio: fori extruendi causa fuit hominū et iudiciorū mul-  
titudo: quae videbatur nō sufficientibus duobus et tertio indigere. Ita  
qz festinantiū necdum perfecta Martis aede publicatū est: cātumqz  
vt separatim in eo publica iudicia et sortitiones iudicū fierent. Aedez  
marti bello philippensi pro vltōne paterna suscepto voverat. Sanxit er-  
go vt de bellis trūphisqz hic consuleretur senatus: pūncias cum impe-  
rio petituri hinc deducerentur: quiqz victores rediūsset: buc īsignia tri-  
umphorum iferrent: templum Apolinis in ea parte palatinae domus ex-  
citanit: quam fulmine ictaz desiderari a deo aruspices pūnciarent. Ad  
didit porticus cum bibliotheca latina graecaqz: quo loco iam senior sae-  
pe et senatū habuit: decuriasqz iudicū recognouit. Tonanti Joui aedem  
cōsecravit liberatus periculo: cū expeditione cantabrica per nocturnuz  
iter lecticam eius fulgur pstrinxisset: seruumqz preducētem exanimasset  
Quaedā etiam opera sub nomine alieno nepotū scilicet et vroxissororis  
qz fecit: vt porticum basilicamqz Lucij et Laij: item porticus Liniae et  
Octaviae: theatruqz Marcelli. Sed et caeteros prīcipes viro saepe hor-  
tatus est: vt pro facultate quisqz monumentis vel nouis vel refectis et  
excultis vrbem adornaret: multaqz a multis extucta sunt: sicut a M. ar-  
tio Philippo aedes Herculis musarum: a Lucio Cornificio aedes Di-  
anae: ab Asinio Pollio atriu libertatis: a M. unatio Plancio aedes  
Saturni: a Cornelio Balbo theatrum: a Statilio Thauro amphithe-  
trum: a M. vero Agrippa complura et egregia.

De diuisione vrbis et templis ac viis refectis:  
et tyberi ampliato.

Nācium vrbis in regiones vicosqz diuisit: istituitqz: vt illas an-  
nui magistratus sortito tuerentur: hos magistri e plebe cuiusqz  
vicinae lecti. Aduersus incendia excubias nocturnas vigilesqz commē-  
tus est: ad coercendas inundationes alueum tyberis larauit: ac repurga-  
uit completum olim ruderibus et aedificiorum prolapsionibus coarc-  
tatum. Quo autē facilius vndiqz vrbis adiretur dsumpta sibi flamininea  
via Arimino tenus munita: reliquas trūmphalibus viris ex manu-  
biali pecunia sternendas distribuit. Aedes sacras vetustate colapsas aut  
incendio absumptas refecit: easqz et caeteras opulentissimis donis a-  
dornauit: vt pote qui in cellam capitolini Joui sexdecim milia pondo  
auri gēmasqz ac margaritas quigēties sextertiū vna donatōne cōtulerit.

d.j.

A dīfiniti.

F. 2

Stratiliqz tauri  
ibi fas ubi pluma  
.meras.

Referr. vias

Sextetum

## Secundus liber.

De gestis per eum in pontificatu maximo:

Ostq; vero pontificatum maximū: quem nūquam viuo Lepido auferre sustinuerat: mortuo demum suscepit. Quicquid fatidicorum librorū graeci latiniq; generis nullis vel parū idoneis auctoribus vulgo ferebatur: supra duo milia cōtracta vndiq; cremauit: ac solos reti nūt sibyllinos: hos quoq; delectu habito: cōdiditq; duobus forulis au<sup>ratis</sup> sub palatini Apollinis basi. Annū a diuō Julio ordinatū: sed postea negligentia cōturbatū atq; cōfusum rursus ad pristinā rationē rededit: in cuius ordinationem sextilem mēsem e suo cognomine nuncupauit magis q; septembrem: quo erat natus: quia hoc sibi et primus cōsulatus et insignes victoriae obtigissent. Sacerdotum et numerum et dignitatem sed et commoda auxit praecipue vestalium virginum: quumq; in demotuae locum capi aliam oportet: ambirentq; multi ne filias in sorte darent: adiurauit: si cuiusquā neptiū suarū competet et aetas: oblaturum se fuisse eam. Non nulla etiam ex antiquis ceremoniis paulatim abolita restituit: ut salutis augurium: diale flaminīū: sacrum lupercale: ludos saeculares et compitalitos: lupercalibus vetuit currere imberbes. Item saecularibus ludis iuuenes vtriusq; sexus prohibuit vllum nocturnum spectaculū frequentare nisi cum aliquo maiore natu propinquorū. Compitales lares ornare bis i anno instituit vernis floribus et aestiuis. Fidori mū a diis immortalibus honorem memoriae ducum praestitit: qui impereiū populi romani ex minimo maximū reddidissent. Itaq; et opéra cuiusq; manētibus titulis restituit: et statuas omnium triumphali effigie in vatraque fori sui porticu dedicauit. Professus est edicto commētū id se: ut illorum velut ad exemplar: et ipse dum viueret: et in sequentium aetatum principes exigerentur a ciuibus. Pompeij quoq; statuam contra theatri eius regiam marmoreo Iano supposuit translatam e curia in qua. Caesar fuerat occisus.

De correctione et reformatione abusu et excessuum.

Laeraque pessimi exempli correrit: quae in perniciem publicaz: aut ex cōsuetudine licentiaq; bellorum ciuiuq; durauerat: aut p pacem etiam extiterat. Nam et grassatorum plurimi palam se ferebant succicti ferro quasi tuendi sui causa: et rapti p agros viatores sine discrīmine liberiq; seruiq; ergastulis possessorum suppresserant. Et plurimae factiones titulo collegij noui ad nullius non facinoris societatem coibāt. Igitur grassatores dispositis per opportuna loca stationibus inhibuit: ergastula recognouit. Collegia praeter antiqua et legitima dissoluit. tabulas veterum aerarij debitorum vel praecipuam calumniandi materiam excusit: loca in vrbe publica iuris ambigui possessoribus adiudicauit: diuturnorum reorum et ex quorum sordibus nihil aliud q; voluptas inimicis quaereretur: nomina aboleuit conditione proposita: ut si quem quis repetere velleret: par periculum poenae subiret. Ne quod autem maleficium negocium ue impunitate vel mora elaberetur. xxx. amplius dies qui honorarjis ludis occupabantur: actui rerum accommodauit. Ad

# Octavius Caesar ang.

tres iudicū decurias quartā addixit ex inferiore cēsu: quae ducentariorū vocaretur: iudicarentq; de leuioribus summis. Judices a trigesimo aetate anno allegit idest g̃nquennio maturius q; solebat. At placuisse iudi candi munus detrectantibus vix concessit: ut singulis decuriis per vices annua uocatio esset: et ut solitae agi nouembri ac decembri mense res o mitterentur.

*ad lignum alligata*

i. *¶* Se ius dixit assidue: et in nocte non unquam: si parum corpore ua n̄t̄dleret lectica pro tribunali collocata vel etiaz domi cubas. Dixit autem ius non diligentia modo summa sed et lenitate: si q; de manifesti par ricidij reuz ne euleo insueretur: quod non nisi confessi afficiebatur hac poena ita fertur interrogasse: certe patrem tuum non occidisti: et quum de fal so testamento ageretur: omnesque senatores lege cornelia tenerentur: non tantum duas tabulas damnatoriam et ab solutoriam simul cognoscentibus dedit: sed tertiam quoq; qua ignorceretur his: quos fraude ad signacū vel errore inductos constitisset. Appellationes quotannis urbano rum quidem litigatorū praetori delegabat urbano: At prouincialium consularibus viris quos singulos cuiusq; pruinciae negotiis preposuisset.

*De legibus per eum sanctis et aliis retractatis.*  
xponit: Eges retractauit: et quasdam ex integro sanxit: ut sumptuariam: et de adulterijs: et de pudicitia: de ambitu: de maritandis ordinibus: hanc cum aliquanto severius q; caeteras emendasset: praetumultu re cusantium perferre non potuit: nisi adempta demum lenitate parte poenarum et vacatione triennijs data: auctisq; praemis. Sic quoque abolito nem eius publico spectaculo pertinaciter postulante equite accitos germanici liberos receptosq; partim ad se partim in patris gremium ostentauit: manu vulnusq; significans ne grauarentur imitari iuuenis exemplū. Quumq; etiam immaturitate sponsarum et matrimoniorū crebra mutatione vim legis eludi sentiret: tempus spōsas habendi coarctauit: duos modum imposuit.

*De reformatione Senatus et modo conuenienti eiusdem.*  
Senatorum affluentem numerū deformi et incōdita turba: erant enim super mille et quidam indignissimi et post necē Caesaris per gratiam et praemium allecti: quos abortuos vulgus vocabat: ad modū pristinum et splendorem redigit: duabus lectionibus. prima ipsorum arbitratu quo vir virum legit: secunda suo et Agrippae quo tempore aestiatur lorica subueste munitus: ferroq; cinctus praesedisse: decem valētissimis senatorij ordinis amicis sellam suam circūstantibus. Ordus Eremutius scribit: ne admisum qdem tunc quenquam senatorū nisi solum: et praetentato sinu. Quosdam ad excusandi se verecūdias compulit: seruauitq; etiam excessantibus insigne vestis: et spectandi in orchestra: epula diq; publice ius. Quo autem lectū probatiq; et religiosus: et minore molestia senatoria munera fungerentur: Sanctit: ut priusq; consideret: q; sq; thure ac mero supplicaret apud aram eius delin. cuius templo coire.

d.ij

Duorum

senatorum p. m. l.

ccc. 41

57

## Secundus liber.

tur. Et ne plus quam bis in mense legitimus senatus ageretur: kalēdis sci licet et idibus. neve septembri octobrīue mense vlos adesse alios necesse esset qz sorte ductos: per quorū numerū decreta cōfici possent: sibi qz in stituit consilia sortiri semestria: cum quibus de negotiis ad frequentem senatum referendis ante tractaret. Sentētias de maiore negotio nō mo re neqz ordine: sed prout libuisset: perrogabat: ut perinde quisqz animus intenderet: ac si censemendum magis: qz assentiendum esset.

*De eodem.*

*Actoꝝ et aliarum rerum fuit: in quis ne acta senatus publicaren*  
*18q isti turme magistratus deposito honore statim in provincias mitte*  
*rentur: ut pro cōsulibus ad mulos et tarbanacula: quae publice locari so*  
*lebant certa pecunia constitueretur: ut cura aerarij a quaestoribus urba*  
*nis ad praetorios praetores ue transiret: vt centumuiralem hastam quaz*  
*quaestura functi consueuerant cogere: decemuiri cogerent.*

*De officiis per eum excoxitatis.*

*Eloꝝ plures partem administrandae reipublicae caperent: no*  
*do multa officia excoxitauit. Curam operum publicorum: viarum: aquarum:*  
*alieui tyberis: frumenti populo diuidēdi: praefecturam urbis: tirum uirā*  
*tum legendi senatus: et alterū recognoscendi turmas equitum: quotiens*  
*cūqz opus esset censores creari desitos longo interuallo creauit: numerus*  
*praetorum aurit. Exigit etiam vt quotiens cōsulatus sibi daretur: binos*  
*pro singulis collegas haberet: nec obtinuit clamātibus cūctis satis ma*  
*iestatem eius imminui: qz honorem eū nō solus sed cū altero gereret.*

*De bellica virtute per eum honorata.*

*Ec parciō in bellicā virtute honorāda super. xxx. ducibus iu*  
*stos triumphos: et aliquanto pluribus trinmphalia ornamenta*  
*decernēda curauit. liberis senatorū quo celerius. r. p. affluerent: proti*  
*nus virili togae latum clauum inducere et curiae interesse pmisit: militiaqz*  
*qz auspicantibus non tribunatuꝝ modo legionum: sed etiā praefecturas*  
*alarum dedit. Ac ne qui expers castrorum esset: binos plaerūqz laticlaui*  
*os praeposuit singulis alis. Equituꝝ turmas frequenter recognouit post*  
*longam intercedinem reducto more transiunctionis: sed neqz detrahi*  
*quenquam in transiubendo ab accusatore passus est: quod fieri solebat:*  
*ex senio vel aliqua corporis labe. Insignibus permisit praemissio in ordi*  
*ne equo ad respondenduz: quotiens citarentur: pedibus uenire: mor red*  
*dendi equi gratiam fecit eis: qui maiors anorū quinqz et xl. retinere eū*  
*nollent.*

*De ratione vitae exacta p eum ab unoquoque equite Ro*  
*mano:*

*Spetratisqz a senatu. et adiutoribus vñquerenz equitum rōem*  
*uitae reddere coegit: atqz ex improbatis alios poena: alios igno*  
*milia notauit: plures admonitione sed varia. Lenissimum genus admo*  
*nitionis fuit traditio coram pugillarium: quos taciti et ibidem statim le*  
*gerent. Notauitqz aliquos: qz pecunias leuioribus usuris mutuati*

# Octavius caesar aug.

grauiore foeuere collocassent.

De quibusdam eius ordinationibus circa repub.

c Omitius tribunitius si decessent candidati senatores ex equitibus  
ro. creauit: ita ut potestate transacta in vtro vellent ordine mane  
ret. Quū aut̄ plaeiqz equitum attrito bellis ciuilibus patrimonio spec  
tare ludos e. xiiij. nō auderent metu pocnae theatralis: pronūciauit non  
teneri: ea quibus ipsis parentibusue equester census vñqz fuisse. populi  
R. censum vicatim egit. Ac ne plebs frumentationi causa frequentius a  
negociis auocaretur: ter i ānū quaternorū mensium tesseras dare desti  
nauit: sed desideranti consuetudinē veterē cōcessit rursus: ut sui cuiusqz  
mensis acciperet. comitiorū quoqz pristinum ius reduxit ac multiplici  
poena coercito ambitu sabotinis et septensis tribubus suis die comi  
torū ne quid a quoqz cādidato desiderarent: singula milia nūnum assē  
diudebat. Ob agni praeterea existimans sincerum atqz ab omni collumi  
one peregrini: ac seruulis sanguinis incorruptum seruare populu: et ciui  
tatem romanam parcissime dedit: et manumittendi modū terminauit.  
Liberio pro cliēte graeco petenti rescrispit nō aliter se daturū qz si p̄ae  
sens sibi persuasisset qz iusta petendi causas haberet. Et Liuiae p quo  
dam tributario gallo roganti ciuitatē negauit: imunitatem obtulit affir  
mans se facilius passurum fisco detrahi aliquid: qz ciuitatis romanae  
vulgari honorem. Seruos nō contentus multis difficultatibus a liber  
tate iusta remouisse: quū et de numero et de conditione ac differentia eo  
rum qui manumitterentur curiose cauisset: hoc quoqz adiecit: ne vincetus  
vñqz tortusue quis vlo libertatis genere ciuitatem adipisceretur. Eti  
am habitum vestitumqz pristinū reducere studuit: Ac visa quondam p  
conccione bullatorum turba indignabundus et clamitans: en ait: roma  
nos rerum dominos: gentemqz togatam: negotium aedilibus dedit: ne  
quem post bac de caetero paterentur in foro circoue: nisi positis lacer  
nis togatum consistere.

De liberalitate eiusdem.

I liberalitatem omnibus ordinibus per occasiones frequenter ex  
hibuit: nam et inuenta vrbi Alexandrino triumpho regia gaza: tā  
tam copiam nummariae rei effecit: ut foenere diminuto plurimum a  
grorum precijs accesserit. Et postea quotiens ex damnatorū bonis pec  
cunia superflueret: vsum eius gratutum his: qui cauere in duplum pos  
sent: ad certum tempus indulxit. Senatorum censum ampliauit: ac pro  
octingentorum milium summa duodecies sextertium taxauit: suppleuit  
qz non habentibus. Longiaria populo frequenter dedit: sed diversae se  
re summae: modo quadragenos: modo tricenos: nonnunqz ducenos:  
quinquagenosqz nummos: ac ne minores quidem pueros praeteriuit qz  
uis non nisi ab undecimo aetatis anno accipere consuevit: frumentum  
quoque in ānonae difficultatibus saepe leuissimo interdum nullo precio  
viritim admensus est: tesserasqz nummarias duplicauit.

d. iii.

ple tibetina

ta

## Secundus liber.

De seueritate eius in reprimendis populi  
voluptatibus indiscretis.

*s. sona p. 61*  
**S**ed ut salubrem magis: q̄z ambitiosum principem scires querentem de inopia: et caritate vini populum seuerissima coercuit oratione: satis putsum a genero suo Agrippa pductis pluribus aquis: ne homines sitirent. Eadem populo pmisum quidem congiariuz reposcēti bonae fidei se esse respondit. Nō pmisuz aut flagitanti turpitudinem et impudentiam edicto exprobavit: affirmauitq; se non daturum q̄zuis dare destinarat. Nec minore grauitate atq; cōstantia cū pposito congiatio multos manumissos insertosq; ciuum numero comperisset negauit accepturos: quibus pmisum non esset. Laeterisq; minus q̄z promiserat dedit: vt destinata summa sufficeret. Magna vero quadam sterilitate ac difficulti remedio: quum venalitias et lanistarum familias: peregrinosq; omnes exceptis medicis: et praceptoribus partemq; seruitorum vrbe expulisset: vt tandem annona conualuit: impetus se cepisse scribit frumentationes publicas in perpetuum abolendi: q̄ earum fiducia cultura agrorum cesserat: neq; tamen perseuerasse: quia certum haberet posse per ambitionem quandoq; restitui. Atque ita post hanc rem temperauit: vt non minorem aratorum ac negociantium q̄z populi rationem dederet.

De spectaculis varij generis p eum editis.

*Cum*  
*65/202*  
*2. mact*  
**S**pectaculoꝝ et assiduitate et varietate et magnificentia omnes antecessit: fecisse ludos se ait suo noīe quater. pro alijs magistris qui aut abessent: aut non sufficerent ter et vicies: fecitq; nonnū q̄z vicatum ac pluribus scaenis per omnium linguarū histriones: non in foro modo nec i amphitheatro: sed in circo et in septis: et aliquando nihil praeter venationem edidit. Athletas extractis in campo martio sedilibus ligneis: Item nauale proelium circa tyberi cauato solo: i quo nūc Laesarum nemus est. Quibus diebus custodes in vrbe disposuit: ne rāritate remanentium grassatoribus obnoxia esset. In circo aurigas curso resq; et confectores ferarum et nonnunq; ex nobilissima iuuentute produrit: sed et troiae ludum edidit frequentissime magnorum minorum puerorum delectu: prisci decoriq; moris existimans clarae stirpis indolem sic notescere. In hoc ludicro. L. Nonum Asprenatem lapsu debilitatum aureo torque donauit: passusq; est ipsum Asprenatem posteros q; torquati ferre cognomen. Aldor finem fecit talia edendi Asinio Polione oratore grauiter iuidoseq; in curia questo Asernini nepotis sui casum qui et ipse crus effregerat. Ad scaenicas quoq; gladiotorias operas et eqtibus romanis aliquā vsus ē: vex priusq; senatus cōsulto iter dicere: postea nihil sane praeterq; adolescētū lutū honeste natū exhibuit tñ vt ostēderet: q̄ erat bipedali minor libraz septēdecī ac vocis imēsae. Quodā aut muneris die parthox obsides tūc primū missos p haecna mediā ad spectaculū iduxit: supq; se subsellio secundo collocauit.

*finaue ludis*

*troca ludis' eddar*

*episcop' ludum noui myste eddar*

*puerū p'jola p'nu' delde*

*p'uso mār*

Solebat et circa spectaculoꝝ dies si quādo qd inusitatū dignūqz cognitu adiectū esset: id extra ordinē quolibet loco publicare: vt rīnōccrotē apud septa: tygrim in scaena: anguem q̄nquaq̄nta cubitorū pro comuiio. Accidit uotiuis circensib⁹: ut correptus valitudine lectica cubans thenas dederet. Rursus commissione ludorum quibus theatrum Aldar celli dedicabat: euenit: vt laxatis sellae currulis cōpagib⁹s caderet supi⁹nus. Ne potum quoqz suorū munere: quum cōsternatum ruinae mclu poplū retinere ⁊ cōfirmare nullo modo posset: transiit e loco suo: atqz in ea parte cōsedit: quae suspecta maxime erat. Spectādi cōfusissimū atqz solutissimū morem correxit: ordinauitqz motus iniuria senatoris: quez puteolis per celeberrimos ludos confessū frequenti nemo receperat.

## De ordine subselliorum in spectaculis.

**f** Acto igitur decreto patrum ut quotiens quid spectandi vsquaz publice ederetur: primus subselliorū ordo vacaret senatoribus: Romae legatos liberarum sociarūqz gentium vetuit in orchestra conside-  
dere: quum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset: mili-  
tez secreta a populo. Aldaritis e plebe pprios ordines assignauit. Prae-  
teratis cuneum suū: ⁊ primū pedagogis. Sanxitqz ne quis bullatoꝝ  
media cauea federet: foeminiſ ne gladiatores quidē quos p̄misce spe-  
ctari sollempne olim erat: nisi ex superiore loco spectare cōcessit. Solis  
virginibus vestalibus locum in theatro separatim ⁊ cōtra praetoris tri-  
bunal dedit. Athletarum vero spectaculo muliebrem sc̄rum om̄nez adeo  
summovit: ut pontificalibus ludis pugilum par postulatum dissulerit in  
sequentis diei matutinū tempus: Edixeritqz mulieres ante horam qntā  
venire in theatrum nō placere.

Vobat  
proxim  
adspicere

y  
Odeba  
eduxer

Venit suum figurare

## De locis vnde ipse spectacula cernebat ⁊ tempore.

**i** Nō se circenses ex amicorum fere libertoriūqz coenaculis specta-  
bat iterum e puluñari. Et quidem cū coniuge ac liberis sedens  
spectaculo plurimas horas aliquādo totos dies aderat: petita venia cō-  
mendatisqz qui suam vicem praeſidēdo fungerētur. Uerū quotiēs ades-  
set: nihil praeterea agebat seu vitandi rumoris causa: quo patrem Lac-  
sarē vulgo reprehensum cōmemorabat: quod inter spectandū ep̄issolis  
libellisque legendis ac rescribendis vacaret: seu studio spectandi ac vo-  
luptate qua teneri se neqz dissimulauit vñquam: ⁊ saepe i genue professus  
est. Itaqz corolaria ⁊ praemia alienis quoqz muneribus ac ludis ⁊ cre-  
bra ⁊ grandia de suo offerebat: nulliqz graeco certamini iterfuit: quo nō  
pro merito quenqz certantium honorauerit. Spectauit autem studio-  
fissime pugiles ⁊ maxime latinos non legitimos atqz ordinarios modo:  
quos etiam comittere cum graecis solebat: sed ⁊ cateruarios oppida-  
nos inter angustias vicorum pugnantes temere ac sine arte. Uniusum  
deniqz genus operas aliquas publico spectaculo praebentium etiam cu-  
ra sua dignatus est. Athletis ⁊ conseruauit priuilegia ⁊ ampliavit: gla-  
diatores sine missione edi prohibuit. Coercionem in histriones ma-

p̄m b̄m

## Secundus liber.

gistratibus in omni tempore & longo lege vetere permisaz ademit: praeter qz ludos & scaenam: nec tamen eo minus aut ~~historicū~~ certationes: aut gladiatorum pugnas severissime semper egit. Nam histriōnum licentiam adeo compescuit: ut Stephanionem togatarium cui in puerilez habitum circumtōsam matronam ministrasse compererat: per trina theatra virgis caesum relegauerit. Hylam pantomimum querente praetore i atrio domus suae nemine excluso, flagellis verberauerit. Et ~~P~~iladem urbe atqz Italia summouerit: q spectatorem a quo exhibabatur: demō strasset digito: cōspicuumqz fecisset.

### De ordinatione Italiae facta p eum.

a D hunc modum vrbe urbanisqz rebus administratis Italiā duo d. xxx. coloniarū numero deductarū ab se frequētauit: operibus qz ac vectigalibus publicis plurifariam instruxit: etiam iure ac dignatōe vrbi quodammodo p parte aliqua adacquauit: ex cogitato generi suffragiorum: quae de magistratibus vrbicis decuriones colonici in suā quis qz coloniam ferrent: & sub die comitiorū obsignata Romam mitterent: Ac necibi aut honestorum deficeret copia aut multitudinis soboles: cque strem militiam petentes etiam ex cōmendatione publica cuiusqz oppidi ordinabat. At iis qui e plebe regiones sibi reuisenti filios filiasue approparent: singula nummorū milia p singulis diuidebat.

### De ordinatione aliarum prouinciarum.

b R ouincias validiores & quas annuis magistratuī imperiis regi nec facile nec tutum erat: ipse suscepit: caeteras procōsulibüs sortito permisit: & tamen nonnullas cōmutauit interdū. Atqz ex vtroqz genere plerasqz saepius adiit. Urbium quasdam foederatas: sed ad extium licentia praeccipites libertate priuauit. Alias aut aere alieno labores leuauit: aut terraemotu subuersas dnuo cōdidit: aut merita erga Rē pub. allegantes latinitate vel ciuitate donauit. Nō est ut opinor prouincia excepta dūtarat Africa & Sardinia quaž non adierit. In has fugato Sexto ~~H~~opeio traīcere ex Sicilia apparantem continuae & immodicæ tempestates inhibuerunt. Nec mor occasio aut causa traīciendi fuit.

### De ordinatione regnorū.

c Egna quibus belli ure potitus est praeter pauca aut iisdem quibus ademerat: reddidit: aut alienigenis contribuit. Reges socios etiam inter semet ipsos necessitudinibus iunxit mutuis: promptissimus affinitatis cuiusqz atqz amiciciae conciliator & fautor. Nec aliter vniuersos qz membra partesqz imperij curae habuit. Rectorem quoqz solitus apponere aetate paruis: aut mente Lapsis donec adolescenter: aut resipiscerent ac plurimorum liberos & educauit simul cum suis: & instituit.

### De ordinatione legionum & militum.

d Ex militaribus copiis legiones & auxilia prouinciatiz distribuuit: classem Aliseni & alteram Rauēnæ ad tutelaz superi & inferi maris collocauit. Laeterū numerum partim in vrbis: partim i sui custodiaz allegit. dimissa Lallagoritanorum manu quā vsqz ad deuictuz Antoniū:

prouincia.

Aucto

rebus

DL / LD  
Latinitas dom  
ciuitas

Urbes

Colonia  
Lann  
e

Reges  
Membra  
partes.  
Imperi

Legionis  
Auxilia

# Octavius Caesar Aug.

item germanorum: quā usq; ad cladē varianā inter armigeros circa se  
habuerat: neq; tamē vñq; plures q; tres cohortes in vrbe esse passus est:  
easq; sine castris: reliquias in hyberna et aestiva circa finitima opida di-  
mittere assuerat. Quicquid aut vbiq; militum esset: ad certam stipendi-  
orum praeiorūq; formulam astrinxit: definitis pro gradu eiusq; rē  
poribus militiae et cōmodis missionū: ne aut aetate aut inopia post mis-  
sionem sollicitari ad res nouas possent: vtq; perpetuo ac sine difficulta-  
te sumptus ad tuendos eos prosequendosq; suppeteret aerarium milita-  
re cum vectigalibus nouis constituit: et quo celerius ac sub manu annū  
ciari cognoscīq; posset quid i provincia quaq; gereretur: iuuenes primo  
modicis iteruallis per militares vias: dehinc vehicula dispositi. Cō-  
modius id visum est: vt qui a loco iidem perferrūt litteras: interrogari  
quodq; si quid res erigant: possint.

*De sigillis eius et datis quibus in epistolis vtebatur.*

*¶ diplomatis bellisq; et epistolis signādis initio sphyngea-  
vus est: mox imagine magni Alexandri: nouissime sua Diosco-  
ris manu sculpta: qua signare insecuri quoq; p̄cipes p̄seuerauerunt. Ad  
epistolas omnes horarum quoq; momenta: nec diei modo sed et noctis  
quibus datae significarentur: addebat.*

*De clementia et ciuitate eiusdem.*

*Clementiae ciuitatisq; eius multa et magna documenta sunt.  
¶ Ne enumerem quot et quos diversarum partium venia et inco-  
lumente donatos p̄cipem etiam in ciuitate locum tenere passus sit: Ju-  
num nouatum r Lassū patavinū e plebe hoies: alterū pecunia: altez le-  
ti exilio punire satis habuit. Qui ille Agrippae iuuenis nomine asperri-  
mam de se epistolā in vulgus edisset: hic conuicio pleno p̄clamasset: ne  
q; votum sibi neq; animū deesse cōfodiendi cum. quadaz vero cogni-  
tione cum Aemilio Aeliano cordubensi inter caetera crimina vel maxi-  
me obiiceretur: q male opinari de Laesare soleret conuersus ad accusa-  
torem cōmotoq; similis: velim inquit: hoc mihi probes: facias sciat Ae-  
lianis et me lingua habere: Plura enī de eo loquar: ne quicq; vltra aut  
statim aut poste a inquisiuit. Liberio quoq; de eadem re sedulo violenti-  
us apud se per epistolam cōquerentiū rescrispit. Actati tuae mi Libe-  
ri noli in hac re indulgere: et nimium indignari: quēq; esse qui de me lo-  
quatur male. Satis est enim: si hoc habemus: ne quis nobis male fa-  
cere possit.*

*De honorib; ei collatis r spretis per eum.*

*¶ at tūtū Empla quāvis sciret etiam proconsulibus dcerni solere: in illa  
tamen prouincia nisi communi suo Romaeq; nomine recepit:  
¶ in vrbe quidem pertinacissime abstinuit hoc honore: atq; etiā argē  
iteas statuas olim sibi positas cōflauit omnes: ex quibus aurcas cortinas  
Apollini pallatino dedicauit. Dictaturam magna n̄ offerēte populo ge-  
nu nixus deiecta ab humeris toga nudo pectore deprecatus est  
De eodem et cīilibus gestis eiusdem.*

*Germanen mung*

*Diplomatis  
Sphynge*

*clementia ciuitatis*

*armis alium*

*dictator*

*dictatoria officia*

## Secundus liber.

Dm<sup>m</sup>  
D.N.

Id est Omini appellationem ut male dictum et opprobrium fessus est: sibi horruit. Quum spectante eo ludos pronunciatiū esset in mimo o dominum aequū et bonum: et vniuersi quasi de ipso dictum exultantes comprobassent: statim manu vultuq; indecoras adulaciones repressit: et in sequenti die grauissime corripuit edicto: dominumq; se posthac appellari: nec a liberis quidem aut nepotibus suis vel serio vel ioco passus est. Atq; huiusmodi blanditias ēt inter ipsos prohibuit. Non temere virbe oppidoue ullo egressus aut quoqua ingressus est: nisi vespere aut noctu: ne quem officij causa inquietaret. In cōsulatu pedibus fere: extra cōsulatum saepe adopta sella per publicum incessit. Promiscuis salutatio nibus admittebat: et plebem tanta comitate adeuntium desideria exerciens: ut quendam ioco corripuerit: q; sic sibi libellum porrigitur dubitaret quasi elephanto stipem. Die senatus nūquaz patres nisi in curia salutauit: et quidem sedentes ac nominatum singulos nullo submonente: et discedens eo modo sedentibus vale dicebat. Officia cum multis mutuo exercuit: nec prius dies cuiusque solemnēs frequentare desit: q; grādioriam natu et in turba quondam sponsaliorum die vexatus. Hallum Terrinum senatorem minus sibi familiarem: sed captum repente occulis et ob id media mori destinantem p̄aesens consolando reuocauit ad vitam.

Annoq; labo

De patientia eius in contradictores.

In senatu verba facienti dictum ē. non intellexi: et ab alio: cōtra dicerem tibi: si locum haberem. Interdum ob immodicas altercationes disceptantium e curia per iram se proripienti quidam ingesserunt: licere opportere senatoribus de republica loqui. Antistius Labeo senatus lectione quum triuirum legeret: Mārcum Lepidum hostem suum quenq; iudicium habere respondit: nec ideo libertas aut contumacia fraudi cuiquaz fuit.

Famosi libelli

De libellis famosis contra eum factis.

Tiam sparsos de se in curia famosos libellos nec expauit: et magna cura redarguit: ac ne requisitis quidem auctoribus id modo censuit cognoscendum: posthac de his qui libellos aut carmina ad insam cuiuspiam sub alieno nomine edant.

De moderatione et ciuitate eiusdem in agendo.

i Ocis quoq; quorundam iniuidiosis aut petulantibus lacestitus contradixit edicio: et tamē de inhibenda testamentorū licentia: ne senatus quicquā constitueret: intercessit. Quotiens magistratum comitiis iterasset: tribus cū candidatis suis circuibat: supplicabatq; more solemnī: ferebat et ipse suffragium i tribus: vt vnujs e populo. Testem se in iudiciis et interrogari et refelli aequissimo animo patiebatur. Forum angustius fecit nō ausus extorquere possessoribus proximas domos: nūq; filios suos populo cōmendauit: vt nō adiiceret: si merebuntur. Eisdem praetextatis adhuc assyrrectum ab amheris i theatro et astan

## Octavius caesar ang.

26

tibus plausum grauiſſime queſtus eſt. Amicos ita magnos et potentes  
in ciuitate eſſe voluit: vt tamē pari iure eſſent: quo caeteri: legibusqz ui-  
diciarijs aequa tenerentur. Quum Asprenas Nonius arctius ei iunctus  
cauſam veneficij: accusante Latio Seuero diceret: consuluit ſenatū qđ  
officij ſui putaret: cunctari enim ſe: ne ſi ſupereret eriperet legibus reuz:  
ſi nō deſſet: deſtituere ac praedamnare amicū aeftimaretur. Et conſentie-  
tibus vniuersis ſedit in ſubſelliis per aliquot horas: verum tacitus et ne  
laudatione quidem iudiciali data. Affut et clientibus ſicut ſcutario cui  
dam euocato quondam ſuo: qui poſtulabatur iuriaruz. Unum omnino  
ex reorum numero: ac ne eum quidem niſi precibus eripuit exorato co-  
ram iudicibus accuſatore Laſtritum: per quem de coniuratione Aſdu-  
renae cognouerat.

Asprenas Horig:

Supereret

Cai.

Strena

De dilectione Romanorum ad eum.  
Ro quibus meritis quantopere dilectus ſit: facile eſt aeftimare.  
omitto ſenatus consulta: quae poſſunt videri vel neceſſitate exp̄ſa  
vel verecundia. Equites romani naſalem eius ſponte: atqz cōſenſu bi-  
duo ſemper celebrauerunt. Omnes ordines in lacum Curtij quotānis ex  
voto pro ſalute eius ſtipem iaciebant. Item kalendis ianuariis Strena  
in capitolio eſt absent: ex qua ſumma precciosifima deoz ſimulacra mer-  
catus viciatum dedicabat: vt Apollinem ſandaliariuz: et Jouē tragoedū:  
aliaqz in reſtitutionem palatinae domus incendio abſumptae. Eleterā  
ni decuriae tribus atqz eſt ſigillatim e caetero genere hominū libentes ac  
pro facultate quiſqz pecunias contulerūt: delibante tantūmodo eo ſum-  
marum aceruos: neqz ex quoqz plus denario auferente. Reuertente ex  
prouincia non ſolum fauſtis omnibus: ſed et modulatis carminibus p  
ſequabantur. Obſeruatum eſt ē: ne quotiens introiret urbem: ſuppliciuz  
de quoqz ſumeretur.

De honore eidem collato p Senatū populumqz Ro.  
Atris patriae cognomen vniuersi repentina maximoqz conſen-  
ſu detulerunt ei. Prima plebs: legatione Antin⁹ miffa: deinde q  
nō recipiebat: in eum Romae ſpectacula frequens et laureata. Mox in  
curia ſenatus neqz decreto: neqz acclamatione: ſed per Galerium Aſſeſ  
ſalā id mādantibus cūctis: qđ bonū iquit fauſtuqz ſit tibi domuiqz tuae  
Laſesar vuguste ( Sic enim nos ppetuam felicitatē rei pub. et laeta huic  
precarī aeftimamus ) ſenatus te conſentiens cū populo romano cōſa-  
lutat patriae patrem. Eui lachrymās respondit Auguſtus hiſ verbis ( Ipsi enī ſicut messalae ) appoſui compoſ factus votorum meorum pa-  
tres conſcripti quid habeo aliud deos imortales precari: qz ut hunc cō-  
ſenſum veſtrum ad ultimū vitae finem mihi pferre liceat.

Decr̄t⁹

ad oſſeruatum

De honoribus eidē collatis p ſingulares ciues Ro.  
Edico Antonio muſae: cuius opera ex aſcipiti morbo conualue-  
rat: ſtatua m aere collato iuxta ſignū Aſculapij ſtatuerūt. Nonul-  
li patrum familiarium teſtamēto cauerūt: vt ab haeredibus ſiuis praela-  
to victimae titulo i capitolium ducerentur: votumque pro ſe ſoluerent

## Secundus liber.

q; surpestitem Augustum reliquistent. Quaedam Italiae ciuitates diem quo primum ad se venisset: initium anni fecerunt. Provinciarum place-reqz super temploz t; aras ludos quoqz quiennales pene oppidatim constituerunt.

De honore ei collato p reges ac ciuitates.

**r** Eges amici atqz socij t singuli in suo quisqz regno Laesareas vrbes condiderunt: t cuncti simul aedem Jovis olympici Athenis antiquitus inchoatam perficere communi sumptu destinauerunt: Henio qz eius dedicare: ac saepe regnis relictis non Romae modo sed provincias pagranti quotidiana officia togati ac sine regio insigni more clientium praestiterunt.

De interiori t familiari vita.

**q** Poniam qualis in imperiis ac magistratibus regendaqz p ter-  
rarum orbem pace belloqz republica fuerit: exposui: refera nuc  
interiorum ac familiarem eius vitam: quibus moribus atqz fortuna do-  
mi t inter suos egerit a iuventa usqz ad supraemum vitae diem. Adatrem  
dimisit in primo consulatu: sororē Octauiam quinquagesimum t quartum  
agens aetatis annum, utrique quum praecipua officia viuae praestitiser:  
etiam defunctae honores maximos tribuit.

De sponsis t vxoribus eius:

**s** Ponsam habuit adolescens. Id. Gerulij Isaurici filia: sed re-  
conciliatus post primā discordiā Antonio expostulatibus vtri-  
usqz militibus: ut ex necessitudine aliqua iungeretur: priuignā eius Clau-  
diam Fulviae ex Publio Clodio filiam duxit vxorem: vix dum nubile:  
ac simultate cum Fulvia sororu exorta dimisit intactam adhuc t virginē.  
mor Scriboniam in matrimonium accepit nuptam ante duobus consu-  
laribus: t ex altero etiam matrem. Cum bac etiam diuortium fecit: Per-  
tesus: ut scribit: morum peruersitatem eius: ac statim Liuiam Drusillam  
matrimonio Liberij Neronis t quidem praegnātem abduxit: dilexitqz:  
t probauit vnice: ac perseueranter.

De filia Julia t matrimoniiis eius.

**e** Ex Scribonia Juliaz: ex Liuia nihil liberoz tulit: quum maxime  
cuperet. Infans qui conceptus erat imaturus est editus. Juliaz  
primum M. Marcello Octaviae sororis suae filio tatumqz pueritiam egres-  
so: deinde ut is obiit. M. Agrippae nuptui dedit: exorata sorore ut sibi  
genero cederet. Nam tunc Agrippa alteram M. Marcellarū habebat: t ex  
ea liberos. Hoc quoqz defuncto multis diu etiam ex equestri ordine cir-  
cūspectis cōditionibus Liberium priuignum suum elegit: coegitqz prae-  
gnantem vxorem: t ex qua iam pater erat: dimittere. M. Antonius scri-  
bit primum eum Antonio filio suo despondisse Julianam. deinde Lotisoni  
Heterum regi: quo tempore sibi quoque inuicem filiam regis in matri-  
monium petisset.

De Nepotibus eius ex Julia.

n Epotes ex Agrippa t Julia tres habuit. L. L. t Agrippam. Ne

Genuo capaz.

Sat p  
Iy libri  
a. Vm m  
e pby

Dacent,

Nupnæ

Licia drusillam

Licio drusilla

Coppi  
Coppo octavi regi

Cesareg

q p v p  
c d h m r  
v e m o p  
D

Licia  
drusilla

25  
27

## Octavius caesar aug.

ptes duas Julianam & Agrippinam. Julianam. L. Paulo cæsoris filio. Agrippinam Hermanico sororis suae nepoti collocauit. Laius & Lucium adoptauit domini per assensum & libram emptos a patre Agrippa: tenerosq; adhuc ad curram reipu. admouit: & consules designatos circum provincias exercitus q; dimisit. Filiam & neptes ita instituit: ut etiam lanificio assuefaceret: vetaretq; loqui aut agere quicquaz nisi propalam: & quod in diurnos commentarios referretur. extraneorum quidem coetu adeo prohibuit: ut. L. Lucino claro decoroq; iuueni scripserit: quondam parum modeste fecisse eum: q; filiam suam Baiae salutatum venisset. Nepotes & litteras & natare aliaq; rudimenta per se plaerumque docuit. Ac nihil aequa elaborauit: q; ut imittarentur chirographum suum. Neq; coenauit una: nisi si ut in uno lecto assiderent: neq; iter fecit nisi ut vehiculo anteirent: aut circa adequitarent.

*noterventionem* De infortunio eius circa sobolem descendantium.

Ed laetum cu atq; fidentem & sobole & disciplina domus fortuna destituit. Julias filiam & neptem oibus probris contumias relegauit. L. & L. in duo de xx. mensum spacio amisit ambos: Laius in Lycia: Lucio Bassilae defunctis. Tertium Nepotem Agrippam simul q; priuignum Tyberiu adoptauit in foro lege curiata. Ex quibus Agripnam breui ob ingenium sordidum ac feroci abdicauit: se posuitq; surrexit. Ali quanto autem patientius mortem q; dedecora suorum tulit. Nam Laius Luciiq; casu no adeo fractus: de filia absens ac libello per quaestorem recitato notum senatui fecit: abstinuitq; cōgressu hominu diu prae pudore: etiam de necanda deliberauit. Lerte quum sub idem tempore una ex consciis liberta foede nomine suspendio uitam finisset: maluisse se ait foedes patrem fuisse. Relegatae usum vini omnēq; delicatiore cultū admittit: neq; adiri a quoquam libero seruoq; nisi se consulto pmisit: & ita ut certior fieret qua is aetate: qua statura: quo colore esset: etiam quibus corporis notis vel cicatricibus. Post quinquennium demum ex insula i cōtinente: leuioribusq; paulo cōditionibus transtulit eaz. Nam ut omnino reuocaret: exorari nullo modo potuit: deprecanti saepe populo romano & pertinacius instanti tales filias talesq; coniuges pro concione imprecatus. Ex nepte Julia post damnationem editum infantem agnosei ali q; uetus. Agrippam nihil tractabilioresq; imo in dies amentiorem in insulam transportauit: sepsitq; insuper custodia militum. Lavit etiam se natus consulto: vt eodem loco in perpetuum contineretur: atq; ad omnes & eius & Julianarum mentionem ingemiscens p clamare etiam solebat.

: nec aliter eas appellare quam tres vomicas aut tria carcinomata sua.

De receptione & cultu amiciciarum eius:

a. Amicicias neq; facile admissit et constantissime retinuit: et non tantum virtutem ac merita cuiusq; digne prosecutus: sed uitia quoq; & delicta duntaxat modica perpeccus. Neq; enim temere ex omni

c.i

Amino

## Secundus liber.

numero in amicicia eius afflicti reperiretur: praeter Galuidenii Russū: quem ad consulatum usq;: et Cornelium Hallum quem ad praefecturam aegypti ex infima vtrunq; fortuna puererat. Quorum alterum res nouas molientem damnandum senatui tradidit: alteri ob ingratum et mali uolum animum domo et prouinciis suis interdixit. Sed Hallo quoq; et accusatorum denunciationibus et senatus consultis ad necem compulso. laudauit quidem pietatem tantopere p se indignantium: Laeterum et il lachrymavit: et vicem suam conquestus est: q; sibi soli nō licet amicis quatenus vellet irasci. Reliqui potentia atq; opibus ad finem uitiae suae cuiusq; ordinis principes floruerunt: quam et offensis interuenientibus. Desiderauit enim nonquam ne de pluribus referam et Marsici. A griffae patientiam: et Marscoenatis taciturnitatem: quum ille ex leui rigoris suspicione et q; Marscellus sibi atferretur: Marsylenasse relicis omnibus contullisset: et hic secretū de cōperta Marsurenae cōiurationevxori Terentiae pdidisset. Eregit et ipe inuicem ab amicis beniuolentiam mutuam ta a defunctis q; a uiuis. Nam q; quis minime appeteret haereditates: ut qui nunquam ex ignoti testamento capere quicq; sustinuerit: amicorum tamen suprema iudicia morosissime pensitauit: neq; dolore dissimulato: si parcus aut citra honorem verborū: neq; gaudio: si grata pie q; quis se prosecutus fuisset. Legata uel partes haereditatū et a quibusq; parētibus relicta sibi aut statim liberis eorū cōcedere: aut si pupillari aetate essent die virilis togae vel nuptiaycū icremēto restituerē consueuerat.

### De seueritate et cladem eius erga libertos.

p Atronus dñsq; nō minus seuerus q; facilis et cladem multos libertorum in honore et usu maximo habuit: ut liciniū: Enceladū aliosq;. Losmū seruū grauisime de se opinatē nō vltra q; cōpedibus coeruit. Diomedē dispēsatorē a quo siml' abulatē icurrēti rēpte fero apro p metū obiectus ē: maluit timiditatis arguere q; norae: rēq; nō minimi pculi: q; tamē fraus aberat: i iocū vertit. Idē Proculū ex acceptissimis libertis mori coegit cōptū adulterare matronas. Talbo a manu q; pro epistola prodita denarios quingētos accepisset crura effregit: Daedagogū ministrosq; Laij filij p occasionem valitudinis mortisq; eius supbe auareq; i puicia grassates oneratos graui pōder ceruicib⁹ p̄cipitauit i flumē

### De infamia dedecorū primae iuuentutis eius.

Rūma iuuenta uarioū dedecorū infamia subiit. Sextus Pōpe ius eū vt effoeminatū insectatus ē. M. Antonius adoptionē aūculi stupro meritū. Itē Lucius Marsici frater quasi pudicitā delibataza Caesare: Aulo et Hircio i Hispania trecētis milibus nūmū substrauerat: solitusq; sit crura suburere nuce ardēti: quo mollioꝝ pilus surgeret: sed et populus quōdā vniuersus ludox die et accepit in cōtumeliā eius: et assensu maximo cōprobauit versum in scaena. p̄niciatū de Hallo matris deū tympanizante: Gides ne ut Cinaedus orbem digito temperat.

### De adulterio et libidine eiusdem.

a Dulteria quidē exercuisse ne amici quidē negat: excusatessane nō

# Octavius caesar aug.

libidine: sed ratione commissa: quo facilius consilia aduersariorum per cuiusq; mulieres exquireret. M. Antonius super festinatas liuiae nuptias obiecit et foeminā consularē e triclinio viri coram in cubiculū abductam rursus in conuiuio rubentibus auriculis incomptiore capillo reductam: et dimissam Scriboniam: quia liberius dolus et nimiam potentiam pellicis: et conditiones quaesitas per amicos: qui matress familias et adultas aetate virgines denudarent: atq; perspicerent tanq; thoracio mangone vendente. Scribit etiam ad ipsum hoc familiariter adhuc nec dum plane inimicus aut hostis. Quid te mutauit: q; reginam ineos vxor mea est. nunc cepi: an ab hinc annos nouem: tu deinde solam Drusillam inis: Ita valeas vti tu hanc epistolam quū leges: nō inieris Tertullā: aut Terentillam: aut Drusillam: aut Saluiam cirisceniam aut omnes: An ne refert vbi et in qua arrigas:

*De coena eius et disconuentum in apparatu deorum:*

c. *Oena quoq; eius secretior in fabulis fuit: Quae vulgo*

*vocabatur: in qua deorum dearūq; habitu discubuisse conuiuas: et ipsum pro Apoline ornatum non Antonij modo epistolae singulorū noīa amarisime enumeratis exprobāt: s; et sine auctore notissimi versu.*

*Quum primum istorum conduxit mensa choragum:*

*Sexq; deos vedit mallia sexq; deas: Impia dum phoebi Caesar mendacia ludit:*

*Dum noua diuorum coenat adulteria.*

*Omnia se a terris tunc numina declinarunt:*

*Fugit et auratos iuppiter ipse thronos.*

*Auxit coenae rumorem summa tunc in ciuitate penuria ac fames. Acclamatumq; ē postridie frumentum omne deos comedisse: et Caesarē plante esse Apolinem: sed et tortorem: quo cognomine is deus quadam i parte urbis celebatur.*

*Denota preciosae supellectilis: et aleae lusu:*

*n. Otatus est: et vt p̄ciosae supellectilis: corinthiorūq; praecupidus: et aleae indulgens. Nam et proscriptionis tempore ad statuam eius ascriptum est: pater argentarius: ego corintharius: quū exstinetur quosdam propter vasa Corinthis inter proscriptos curasse ferendos: et deinde bello Siciliensi epigramma vulgatum est: postq; bis classe victus naues perdidit: Aliqua hodo ut vincat ludit assidue aleā. Ex quibus siue criminibus: siue maledictis infamiam impudiciciae facileme refutauit et praesentis et posterae vitae castitate. Item lauitiarū in diam: quum et Alexandria capta nihil sibi praeter unum myrrinum calice ex instrumento regio retinuerit: et mox vasa aurea assiduissimi usus conflauerit omnia. Circa libidines haesit: postea quoq; ut ferunt ad vi ciandas virgines promptior: quae sibi vndiq; etiam ab uxore conquirentur. Aleae rumorem nullo modo expauit: lusitq; simpliciter: et palam oblectamenti causa: etiam senex: ac praeterquam decembri mense aliis*

*c. iij.*

*Caenii*

## Secundus liber.

quoq; festis profestisq; diebus: nec id dubium est. Anthographa quādam epistola: Coenauit mi Liberi quādū idem accesserunt conuiuae: Vinitius et Silvius pater: inter coenam lusimus geronticos et heri et hodie: talis enim iactatis ut quisq; canem aut senionem miserat: in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat vniuersos: qui venerem iecerat. Et rursus aliis litteris. nos mi Liberi quādū quatrī satis iucunde egimus: lusimus enim per omnes dies: forumq; a leatorum calefecimus: frater tuus magnis clamoribus rez gessit: ad summam tamen perdidit non multum: sed ex magnis detrimentis praeter spem paulatim retractus est. Ego perdidī viginti milia nummum meo nomine: sed quādū effuse in lusu liberalis fuisse: vt soleo plaeunq; nam si quas manus remisi: cuiq; exegisse: aut retinuisse: quod cuiq; dona ui: vicisse vel quinquaginta milia: sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad caelestem gloriam effert. Scribit ad filiam: misi tibi denarios ducentos quinquaginta: quos singulis conuiuis dederam: si vellent iter se inter coenam vel talis: vel par impar ludere.

### De continentia et habitationibus eiusdem.

i Partibus caeteris vitae continentissimum fuisse constat: ac si, ne suspicione ullius vitij. Habitauit primo iuxta Romanum forum supra scalas annularias in domo quae calui oratoris fuerat: postea in palatio: sed nihilominus aedibus modicis Hortensianis: et neq; laxitate neq; cultu conspicuis: ut in quibus porticus breues essent albanarū columnarum: et sine marmore ylo aut insigni paumento conclavia. Ac per annos amplius .xl. eodem cubiculo hieme et aestate mansit: quāvis parum salubrem valitudini suae urbem hieme experiretur: assidueq; in urbe hiemaret. Si quando quid secrete: aut sine iterpellatione agere posuisset. Erat illi locus in edito singularis: quem Syracusas et Lech-nophion vocabat: hic transibat: aut in alicuius libertinorū suburbanū. Aeger autē in domo decoenatis cubabat. Ex secessibus praecepue frequentauit maritima: insulasq; campaniae aut proxima urbi oppida: Laurium: Praeneste: Tibur: ubi etiam in porticibus Herculis templi per saepe ius dixit. Ampla et operosa praetoria grauabatur: et neptis quidez suaeJuliae profuse ab ea extorta etiam diruit ad solum. Sua vero q; uis modica non tam statuarum: tabularumq; pictarum ornata: q; ristis: et nemoribus excoluit: rebusq; vetustate ac raritate notabilibus: qualia sunt capreis immanium belluarum ferarumq; membra praegrādia: quae dicuntur gigantum ossa: et arma herorum.

### De parsimonia supellectilis et vestimentis eius.

i Instrumenti eius: et supellectilis parsimonia apparet etiam nūc residuis lectis atq; mensis: quarum pleraq; vir priuatae elegantiae sint: ne thoro quidem cubuisse aiunt nisi humili: et modice istra-to. Heste nō temere alia q; domestica usus est: ab yrore et sorore et filia neptibusq; confecta. Logis neq; restrictis neq; fusis: clavo nec lato. nec

# Octavius caesar aug.

28  
29

angusto: calciamentis altiusculis: ut procaerioꝝ qꝫ erat: videretur. Et fo  
renzia autem et calceos nūqꝫ non ita cubiculum habuit: ad subitos repē  
tinosqꝫ casus parata.

De conuiuiis: et coenis eiusdem.

c Onuiuabatur assidue: nec vñqꝫ nisi recta non sine magno ordi  
num hominūqꝫ delectu. Galerius QDessala tradit nemine vñquā  
libertinorū adhibitū ab eo coenae excepto Adena: sed asserto ī ingenuita  
tem post proditam Sexti Pompeij classem. Ipse scribit iuitasse se quē  
dam: in cuius villa maneret: qui spiculator suus olim fuisse. Conuiua n  
nūqꝫ et serius inibat: et maturius relinquebat: quum cōuiuae et coenare  
īciperent: pruīsquā ille discūberet: et permanerent digresso eo. Loenam  
ternis ferculis: aut quū abūdantissime senis p̄aebebat: vt nō numio sum  
ptu ita summa comitate. Nam et ad cōunionem sermonis tacentes: et  
summissim fabulantes prouocabat: et aut acromata et bistriones: aut ēt  
triviales ex circo ludos interponebat: ac frequentissime a retalogos.

De celebratione festorum et solemnum dierum.

f Estos et solemnes dies profusissime nōnunquā ioculariter tan  
tum celebrabat. Saturnalibus et si quando alias libuisset modo  
munera diuidebat: vestem: et aurum: et argentum: modo nummos omis  
notae: et veteres regios ac peregrinos: iterū nihil praeter cilicia et spon  
gias et rutabula et forlices: atqꝫ alia id genus titulis obscuris et ambi  
guis. Solebat et inaequalissimaru rerū sortes et auersas tabularū pictu  
ras ī conuiuio venditare: incertoꝝ casu spem mercantū vel frustrari v  
explere: ita vt per singulos lectos licitatio fieret: et seu iactura: seu lucru  
communicaretur.

De cibis eius et horis edendis.

c Ibi ( nam ne hoc quidem omiserim ) minimi erat atqꝫ vulgaris  
fere. Secundarium panem: et pisciculos minutos: et caseum bu  
bulum manu pressum: et ficos virides biferas maxime appetebat. Vescie  
batnrꝫ ante coenam quocunqꝫ tempore et loco quo stomachus deside  
rasset. Herba ipsius ex epistolis sunt. Nos in esedo panem et palmulas  
gustauimus. Et iterū dum lectica ex regia domum redeo: panis vñciā cū  
paucis acinis vñiae duracinae comedí. Et rursus: ne iudeus quidē mi  
Liberi tam diligēter sabbatis ieūnium seruat: qꝫ ego hodie seruauī: qui  
in balneo dēnum post horam primam noctis duas bucceras manducanī  
priusquā vngi inciperem. Ex hac obseruantia nonnunqꝫ vel ante initū  
vel post dimissum conuiuum solus coenitabat: quum pleno conuiuio ni  
hil tangeret.

De parsimonia eius in potu:

v In quoqꝫ natura parcissimus erat: non amplius ter bibere eum  
solitū sup coenā ī castris apud mutinā Cornelius nepos tradit.  
Postea quotiens largissime se iuitaret senos sextantes nō excessit: aut si  
excessisset: reiiciebat: et maxime delectatus est retico: neqꝫ temere iterū  
bibit. Pro potionē sumebat perfusum aqua frigida panem: aut cūcī  
e. iij.

Co

Ac  
A cromata

Fest

lectica Vnu

## Secundus liber.

meris frustum: vel lactuculae thyrsum: aut recēs acidumue pomū succi  
De his quae gerebat post cibum. vinosioris.

p Ost cibū meridianū ita vt vestitus calciatusqz erat rectis pedi-  
bus paulisper cōquiescebat opposita ad oculos manu. A coena  
in lecticulam se lucubratoriam recipiebat: ibi donec residua diurni actus  
aut om̄ia aut ex maxima parte cōficeret: ad multam noctē pmanebat. In  
lectum idē transgressus nō amplius quā plurimū qz septem horas dormi-  
ebat: ac ne eas quidē continuas: sed vt in illo temporis spatio ter aut qua-  
ter exergisceretur. Si interruptuz somnū recuperare: vt euenit: nō pos-  
set: lectoribus aut fabulatoribus accersitis resumebat: producebatqz ul-  
tra primā saepe lucem: nec in tenebris vigilauit vnqz nisi assidēte aliquo  
M̄ditatina vigilia offendebatur: ac si vel officij vel sacri causa maturius  
vigilandū esset: ne id contra cōmodū faceret: in proximo cuiuscūqz do-  
mesticorū coenaculo manebat. Sic quoqz saepe idigēs somni et dū per  
vicos deportaret: et deposita lectica iter aliquas moras condormiebat.

De statura corporis et membrorū eius.

f Orma fuit eximia et per om̄es aetatis gradus venustissima: qz-  
qz et omnis lenocinij negligens: et in capite comendo tam incu-  
riosus: vt rapti cōplurib⁹ simul tōsorib⁹ operā daret: ac mō tōderet mō  
raderet barbā. Eoqz ipso tempore: aut legeret aliquid: aut etiam scribe-  
ret. Gultu erat vel in sermone vel tacitus adeo trāquillo serenoqz: vt qui-  
dam e primoribus galliarū confessus sit inter suos: eose inibitum ac re-  
molitum: quo minus vt destinarat in transitu alpium per simulationem  
colloquiū propius admissus: in praecipitiū ppelleret. Oculos habuit cla-  
ros ac nitidos: quibus ēt existimari volebat inesse quiddā diuini vigoris.  
Haudebatqz si qui sibi acrius contuenti quasi ad fulgorem solis vultum  
summitteret. Sed in senecta sinistro minus vidit. Dentes raros: et exi-  
guos: et scabros. Capillum leniter inflexum et sus flavum. Supercilia cō-  
iuncta: mediocres aures: nasum et a summo eminentiorem: et ab imo de-  
ductiorem. Colorem inter aquilum candidumqz: staturā breuem: quam  
tamen Julius Aldarathus libertus etiam in memoriam eius quinqz pe-  
dum et dodrantis fuisse tradit. Sed quae commoditate et equitate mē-  
broum occuleretur: vt non nisi ex comparatione astantis alicuius proce-  
rioris intelligi posset.

De maculis corporis eius et inualidis membris.

c Opore traditur maculoso dispersis per pectus atqz aluiū geni-  
tivis notis in modum et ordinē ac numerū stellarū caelestis vr-  
sae: Sz et callis quibusdā ex prurigine corporis assiduoqz et vachemēti  
strigilis vsu plurifariā cōcretis ad ipetiginis formā. Ex edice et foemo-  
re et crure sinistro nō pinde valebat: vt saepe ēt idē claudicaret: sed reme-  
dio aranearum atqz arundinū cōfirmabatur. Dextrae quoqz manus di-  
gitū salutarē tā imbecillum interdum sentiebat: vt torpentē contractūqz  
frigore vix cornēi circuli supplemento scripture admoueret. Questus ē  
et de vesica: cuius dolore calculis demū p yrinam eiectis levabatur.

glut

# Octavius caesar aug.

## De infirmitatibus eiusdem.

**g** Raues et periculosas valitudines p omnē vitam aliquot expt⁹ est: praecipue cantabria domita: quū ēt distillationibus iocinore viciato ad desperationem redactus cōtrariā et ancipitem rationem mendendi necessario subiit: quia calida fomenta non proderant: frigidis curari coactus auctore Antonio Alusa. Quasdā et anniversarias ac tēpōe certo recurrentes expiebatur. Nam sub natalem suum platerūq; laguebat: et initio veris praecordiorū inflatione tentabatur. Austrinis autem tempestatibus grauedine. Quare quassato corpore neq; frigora neq; aestus facile tollerabat.

## De cultu corporis eius in via et in itinere.

**b** yeme quaternis cū pingui toga tunicis: et subuculae thorace la  
neo: et foeminalibus: et tibialibus muniebatur. Aestate apertis  
cubiculi foribus: ac saepe in peristylo saliente aqua atq; etiam ventilāte  
aliquo cubabat. Solis vero ne hyberni quidem patiens: domi quoq; nō  
nisi petasatus sub diu spaciabatur. Itinera lectica et noctibus fere: eaq;  
lenta ac iminuta faciebat: vt praeneste vel tybur biduo procederet: ac si  
quo puenire mari posset potius nauigabat. Gerū tantā infirmitatem ma  
gna cura tuebatur in primis lauandi raritate: vngebatur enim saepius: su  
dabat ad flammarū: deinde perfundebatur e gelida aqua vel sole multo  
tepefacta. At quotiens neruorū causa marinis albulisq; calidis vtenduz  
esset: contentus hoc erat: vt insidēs ligneo solio: quod ipse hispanico ver  
bo duretam vocabat: manus ac pedes alternis iactaret.

## De aliis exercitiis eiusdem.

**C**apitula **e** Xercitationes campestres equorū et armorū statim post ciuitalia  
bella omisit: et ad pilam primo foliculumq; transiit: mox nihil  
aliud qz rectabat: et deambulabat: ita vt in extremis spatiis subsultim  
turreret: sestertio vel lodicula inuolutus. Animi laxandi causa modo pi  
scabatur hamo: modo talis aut ocellatis nucibusq; ludebat cū pueris mi  
nutis: quos facie et garrulitate amabiles vndiq; conquirebat: praecipue  
mauros et syros. Nam pumilos atq; distortos: et omnis generis eius  
dem vt ludibria naturae: maliq; ominis abhorrebat.

## De eloquentia eius et arte oratoria.

**e** Loquentiam studiaq; liberalia ab aetate prima cupide et labo  
riosissime exercevit. mutinensi bello in tanta mole rerū et legissē:  
et scripsisse: et declamasse quotidie traditur. Nam deinceps neq; in sena  
tu: neq; apud populum: neq; apud milites locutus est vnq; nisi meditata  
et cōposita orōne: quāuis nō deficeret ad subita ex temporali facultate.  
Ac ne periculū memoriae adiret: aut in ediscendo tempus absumeret: in  
stituit recitare omnia. Sermones quoq; cū singulis atq; etiam cum Li  
via sua grauiores non nisi in scriptis et e libello habebat: ne plus minus  
ne loqueretur ex tempore. Pronuntiabat dulci et pprio quodā oris sono:  
dabatq; assidue phonasco operam: sed nonnūquā infirmatis faucibus  
preconis voce ad populum cōcionatus est.

Phonica

Vestry

Thorax larynx  
prstlog

Foeminalis  
Tibialis  
Gothu

Exercitu capay

Exer

Cavitas ab eo que  
habet eramus Note

Joycom Uoz

## Secundus liber.

### De libris et opusculis per cum editis.

m. **E**ulta varij generis prosa oratione composuit: ex quibus nōnulla  
i coetu familiarium velut i auditorio recitauit: sicut rescripta Brus-  
to de Latone. quae volumina quum iam senior ex magna parte legisset:  
fatigatus Liberio tradidit perlegenda. Item hōratioēs ad philosophiā:  
et aliqua de vita sua: quā tredecim libris cātabrico tenus bello: nec vltra  
exposuit. Poeticam summati attigit: vnuis liber extat scriptus ab eo he-  
xametris versibus: cuius et argumentum et titulus est Sicilia. Extat al-  
ter aequem modicus epigrāmatū: quae fere tempore balnei meditabatur.  
Nam tragediam magno ipetu exorsus non succedente stilo aboleuit:  
quaerentibusqz amicis quidnam Aiac ageret: respondit Aiacem suum  
inspongiam incubuisse.

### De stilo et genere loquendi eiusdem.

g. **E**nus eloquendi secutus est elegans: et tempatū vitatis sentētia  
rū ineptiūs: atqz concinitate et reconditorū verborū vt ipse dicit  
foetoribus: praecipuamqz curā duxit sensum animi qz apertissime expri-  
mere: quod quo facilius efficeret: aut necubi lectorem: vel auditore ob-  
turbaret: ac moraretur: neqz praepositiones verbis addere: neqz coniunc-  
tiones saepius iterare dubitauit: quae detractae afferunt aliquid obscuritatis: et si gratiam augent. Lacozelos et antiquarios vt diuerso genere vi-  
ciosos pari fastidio spreuit. Eragitabat nōnqz in primis Decenatem  
sū: cuius Aldyrobrechis: vt ait: cincinos vsquequaqz persequitur: et imi-  
tando per iocum irridet. Sed nec Liberio parcit: et exoletas interdum  
et reconditas voces aucupanti. **N**. quidē Antonium vt insanū increpat  
quasi ea scribentem: quae mirentur potius homines: qz intelligent: deinde  
ludens malum: et i constans in eligendo genere dicendi ingenium eius ad  
didit haec. Tu quoqz dubitas cimber ne an Annus: an Uerannius Glac-  
cus imitandi sint tibi: ita vt verbis quae Crispus Salustius excerpst ex  
originibus Latonis vtaris: an potius asiaticorum oratorū inanibus sen-  
tentiis: verborū volubilitas in nostrum sermonē transferenda. Et quadā  
epistola Agrippinae neptis ingenii collaudans: sed opus ē iquit dare te  
operam ne moleste scribas: et loquaris.

### De usurpatione quorundam sermonū eius.

q. **E**rottidiano sermone quaedam frequentius et notabiliter usur-  
passe eum litterae ipsius autographae ostentant: in quibus idēti  
dē quū aliquos nūqz solutiros significare vult ad kalendas græcas so-  
luturos ait. Et quū horat ferēda esse præsentia qualiacūqz sint: cōtēti  
simus hoc Latone: et ad exprimēdā festinatae rei velocitatē velocius qz  
asparagi coquātur. Nonit assidue z p stulto bateoliū: et pro pullo pulleis  
ceū: et p cerito vacerosum: et vapide se habere pro male: et betizare p  
languere: quod vulgo lachanizare dicit. Itē simus p sumus: et domos  
genituo casu singulari pro domus: nec vnqz aliter haec duo ne quis men-  
dam magis qz consuetudinem putet. Notauit et in chirographo eius il-  
la præcipue non diuidere verba: nec ab extrema parte versuum abun-

# Octavius caesar aug.

31

dantes litteras in alterū transfert: s; ibidē statī subiicit: circūducitqz.

De orthographia et modo scribendi eiusdē.

Orthographiam id est formulam rationemqz scribēdi a grāmaticis institutam nō adeo custodit: ac videtur eorū sequi potius opinionē qui perinde scribēdū ac loquamur: existiment. Nā q̄ saepe nō litteras modo sed syllabas: aut permutat: aut praeterit: cōmūnis homi nū error est: nec ego id notarem: nisi mihi mirū videretur tradidisse aliquos: Legato eum consulari successore dedit: ut rudi et indocto: cuius manu ixi pro ipsi scriptū animaduerterit. Quotiens autem per notā scribit. b. p. 20. a. c. p. 20. b. ac deinceps eadem ratione sequētes litteras ponit. P. 20. x. autem duplex. a.

De peritia eius et vsu graecarum litterarum et benigna audentia aliorum.

E graecarum quidem disciplinarum leuiore studio tenebat: in quibus et ipsis praestabat largiter magistro dicendi usus Apollodoro pgameno: quē iā grādē natu Apolloniam quoqz secuzab urbe iuuenis adhuc eduxerat: deinde ēt eruditione varia repletus: Opera rei ph̄losophi: filiorūqz eius Dionysij et Niconoris contubernium iniit: non tamen vt aut loqueretur expedite: aut componere aliquid auderet. Nāz et si quid res exigeret latine formabat: vertendumqz alij dabat: sed plane poematuqz quoqz non imperitus: delectabatur etiam coemedia veteri: et saepe eam exhibuit publicis spectaculis. In euoluendis utriusqz linguae auctoribus nihil aeqz sectabatur q̄z exempla et praecepta publice vel priuatim salubria: eaqz ad verbum excepta: aut ad domesticos: aut ad exercitum prouinciarūqz rectores aut ad urbis magistratus plaerunqz militebat: prout quiqz munitione indigeret. Etiam libros totos et senatui recitauit: et populo notos per edictum saepe fecit: vt orationes. Q. Detelli de prole augenda et Ratilij de modo aedificiorū: quo magis psuaderet utrāqz rem nō a se primo aīaduersam: sed antiquis iam tunc curae fuisse. Ingenia seculi sui omnibus modis fouit. Recitantes et benigne et patienter audiuit. Nec tantum carmina et historias: sed et orationes et dialogos. Componi tamen aliquid de se nisi et serio et a prestantissimis offendebatur: admonebatqz praetores ne paterentur nomen suum commissiōnibus obsolefieri.

De obseruatione religionum.

Ire religiones talem accepimus: tonitrua et fulgura paulo ifir mius expauescebat: vt semper et ubiqz pellem vituli marini circū ferret: p remedio: atqz ad omnē maioris tempestatis suspicionē in abditiū: et concameratū locū se reciperet. Conternatus olim per nocturnū iter transcurso fulguris: vt supra diximus.

De obseruatione somniiorū.

Omnia neqz sua neqz aliena d se negligebat. Philippēsi acie q̄z uis statuisset nō egredi tabernaculū pp valitudinē: egressus ē tamē amici somnio monitus: cessitqz res prospere: quando captis ca-

Orthographia et quidem  
modus eiusdē.

Religio

Infirmus, puerus  
puerorum  
Graecus

ut pueri in primis regnū

## Secundus liber.

Tribula

stris lectica eius: quasi ibi cubans remansisset: concursu hostium cōfossa  
atqz lacerata est. Ipse p omne ver plurima et formidolosissima et vana et  
irrita videbat. reliquo tempore rario et minus vana. Quum dedicataz  
in capitolio aedem tonati ioui assidue frequentaret: somniauit queri ca-  
pitolinum Iouem cultores sibi abduci: seqz respondisse tonantem p ia-  
nitore ei appositum. Ideoqz mox tintinabulis fastigium aedis redimi-  
uit: q ea fere ianuis dependebant. Ex nocturno visu etiam stipē quonā-  
nis die certo emēdicabat a populo cauā manū asses porrigitibus p  
**De obseruatione auspiciorum.**

**a** Uspicia et omina quaedam pro certissimis obseruabat. Si ma-  
ne sibi calceus perperam ac sinister p dextero induceretur: vt  
dirum. Si terra marine ingrediente se longinquam profectionē forte ro-  
rasset: vt laetū: maturiqz et pspcri redditus. Sed et ostētis praecipue mo-  
uebatur. Enatam inter iuncturas lapidū ante domū suā palmam in cō-  
plūnium deorum penatium transtulit: vtqz coalesceret magnopere cura-  
uit. Apud insulam Capreas veterimae ilicis demissos iam ad terrā lan-  
guentesqz ramos conuatuissē aduentu suo adeo laetus est: vt eas cum  
republica Neapolitanorū permuttererit aenaria data. Obseruabat et di-  
es quosdam: ne aut postridie nūdinas quoqz proficisceretur: aut nonis  
quicqz rei seriae inchoaret. nihil in hoc quidem aliud deuitas vt ad. Li-  
berium scribit qz **De obseruatione peregrinarum ceremoniarum.**

**p** Eregrinarum ceremoniarū sicut veteres: ac p̄ceptas reueren-  
tissime coluit: ita caeteras cōtemptui habuit. Namqz athenis ini-  
tiatus: quū postea romae p̄ tribunali de privilegio sacerdotum atticae  
Ereteris cognosceret: et quaedam secretiora proponerentur: dimisso cō-  
cilio: et corona circūstantiū solus audiit disceptantes. At contra nō mō  
in peragrandia aegypto paulo deflectere ad visendū Apin supersedit: s̄z  
et Laium nepotē q iudeā practeruehens apud hierosolymam non sup-  
plicasset: collaudauit.

**De xvij. praesagiis per quae magna eius fe-  
licitas praenosci potuit.**

**e** T̄ quoniam ad hoc vētu est: nō ab refuerit subterere: quae ei pri-  
usqz nasceretur: et ipso natali die ac deinceps euenerint: quibus  
futura magnitudo eius et perpetua felicitas sperari aiaaduertiqz posset.  
Velitrīs antiquitus tacta de caelo parte muri respōsuz ē: eius oppidi ci-  
uem quādoqz rerum potiturū: qua fiducia velitrini et tunc statim: et po-  
stea saepius pene ad eritium sui cū populo romano belligerauerant. Se-  
ro tandem documentis apparuit ostentum illud Augusti potentiam porten-  
disse. Auctor est Julius Albarathus: Ante paucos qz nasceretur menses  
pdigiū romae factum publice: quo denuntiabatur regē popu. Ro. natu-  
ram parturire. Senatū exterritū censiisse: ne quis illo anno genitus edu-  
caretur. Eos qui grauidas uxores haberent: q ad sequisqz spem trahe-  
ret: curasse ne senatusconsultum ad aerarium deferretur. In Ascle-

# Octavius caesar aug.

piadis Medetis theologumenon libris lego. Actiam quū ad solēne Apollinis sacram media nocte venisset: posita in templo lectica dum cætrae matronae dormirent: obdormisse: draconem repente irrepsisse ad eā pauloqz post egressum: illam ex parte factam quasi a concubitu mariti purificasse: et statim in corpore eius extitisse maculam velut depicti draconis: nec potuisse vñquā eximi: adeo ut mox publicis balneis perpetuo abstinnerit. Augustum natum mense decimo et ob hoc Apollinis filium existimat. Eadem Actia prius qzpareret: somniauit intestina sua ferri ad sydera: explicariqz per omnē terrarum et caeli ambitum. Somniauit et pater Octavius vtero Actiae iubar solis exortum. Quo natus est die quum de Latilinae coniuratione ageretur in curia: et Octavius obvroxis puerperium serius assulisset: nota ac vulgata res est. P. nigidium comperta morae causa ut horā quoqz partus acceperit: affirmasse domini terrarū orbi natū. Octavio postea cum per secreta thraciae exercituz duceret: in Liberi patris luce barbara ceremonia de filio cōsulenti idem affirmatuz est a sacerdotibus: qz infuso super altaria mero tantū flāmae emicuisse: vt supergressa fastigii tēpli ad caelū vsqz ferretur: Uni qz oī omnino magno Alexandro apud easdem aras sacrificanti simile prouenisset ostentum: atqz etiam sequenti nocte statim videre visus est filium mortali specie ampliorem cū fulmine: et sceptro exuissqz Jouis optimi maximi ac radiata corona super laureatū currum bissensis equis candore eximio trahentibus. Infans adhuc ut scriptū apud L. Drusum extat: repositus vespere in cunas a nutricula loco plano: postera luce nō cōparuit: et diu quaesitus tandem i altissima turri repertus est iacens contra solis exortum. Quū primū fari coepisset i aucto suburbano obstrepenes forte ranas silere iussit: atqz ex eo negantur ibi ranae coarare. Ad quartū lapidē campanae viae i nemore prandenti ex improviso aquila panē ei e manu rapuit: et quum altissime volasset: rursus ex improviso leniter delapsa reddidit. Q. Catulus post dedicatum capitolii duabus continuis noctibus somniauit: prima Jouem optimū maximū praetextatis cōpluribus circa aram ludentibus vnum se creuisse: atqz i eius sinum signū reipu. quod manu gestaret: reposuisse: atque i sequenti animaduertisse se i gremio capitolini Jouis eundem puerum: quem quū detrahi iussisset prohibitum monitu dei: tanquā is ad tutelā reipu. educaretur. ac die proximo obuium sibi Augustū: quū icognitū alias haberet: non sine admiratōne contuitus simillimum dixit puer de quo somniaisset. Quidam prius somnium Catuli aliter exponunt: quasi iuppiter compluribus praetextatis tutorem a se poscētibus vnum ex eis demonstrasset: ad quē omia desideria sua referrent: eiusqz osculum delibatum digitis ad os suū retulisset. Q. Licero. L. Caesarem i capitolium prosecutus: somnū prius noctis familiaribus forte narrabat: puerum facie liberali demissum caelo cathena aurea ad fores capitolij cōstituisse: eiqz Jouē flagelluz tradidisse: deinde repente Augusto viso: quem ignotum adhuc plerisqz anunculus Caesar ad sacrificandum acciuerat: affirmauit ipsum esse:

Heol. gr. meny

orbis terrarū domī  
 naturū patrum  
 ad zodiacū ad  
 probandum

Coaxare

L. Cauda

Notā dīmī alīa  
mm̄ pgw lll  
vxxii

## Secundus liber.

cuius imago secūdum quietē sibi obseruata sit. Sumēti virilē togaz tunica lati clavi resuta ex vtraqz parte ad pedes decidit: fuerūt qui interptarentur nō aliud significare qz vt is ordo: cuius insigne id esset: quando qz ei subiiceretur. Apud Mūdā diuis Julius castris locum capiēs: quū siluam caederet arbore palmae reptam: conseruari ut omen victoriae ius sit. Ex ea continuo nata soboles adeo in paucis diebus adoleuit: ut non aequipararet modo matricē: uerū etiam obtegeret: frequētareturqz colūbaruz m̄dis: quāuis id auium genus duram & asperam frondem maxime uitet. illo & praecipue ostēto motu Laesarez ferūt: ne quē alium sibi succedere qz sororis nepotē uellet. In secessu Apolloniae Theogenis mathematici pgulam comite Agrippa ascēderat: quim Agrippae qui prior consulebat magna & pene incredibilia praedicerentur: reticere ipse geniturā suam: nec uelle edere pseuerabat: metu ac pudore ne minor iueniret. Quatamē post multas abhortationes uix & cūctāter edita exiluit Theogenes: adorauitqz euz. Tantam mor fiduciam fati Augustus habuit: ut stemma suū uulgauerit: nūnumqz argenteum nota syderis capricorni: quo natus est: pcusserit.

**D**e prodigiis quae post necem Laesaris euenerūt eidem.

Ost necem Laesaris reuerso ab Apollonia: & igrediēte eo urbē repetē liquido: ac puro sereno circulus ad speciē caelestis arcus orbē solis ambūt: ac subindeJuliae Laesaris filiae monumētum fulmine ictuz est. Primo autem consolatu ei auguriū capiēti duodecim se uultu res ut Romalo ostēderunt: & immolanti omnū uictimarum iocinora replicata intrīsecus ab ima fibra patuerūt. Nemine peritorum aliter coniectante qz laeta p̄ hec & magna portendi.

**D**e prodigiis per quae praesensit euentum bellorum suorum.

Ulin & bellorū omnium euentus ante praesensit. Contractis ad bononiaz triumvirorum copiis: aquila tentorio eius supsedens duos coruos hinc: & inde ifestates affixit: & ad terram dedit notante omni exercitu futuram quādoqz inter colegas discordiam talem qualis secuta est: Aexitū praesagiēte Philippo Thessalus quidam de futura uictoria nūciauit auctore diuo Laesare: cuius sibi species itinere auiō occuriset. Circa Perusiaz sacrificio nō litante: quū augeri hostias imperasset: ac subita eruptione hostes omnem rei diuinæ apparatū abstulissent: cōstituit iter Aruspices: quae piculosa & aduersa sacrificati denūciata essent: cūcta in ipsos recessura qui exta haberēt: neqz aliter euenit. Pridie qz siciliēsez pugnā clas se cōmitteret: deābulati in littore piscis e mari exiluit: & ad pedes iacuit. Apud Actiū descendēti in aciem asellus cū asinario occurrit: homini Euthycus: bestiae Nicon erat nomē. vtriusqz simulacrum acneum uictor posuit in templo: in quod castrorū suoy locum uertit.

**D**e ostentis praeūciantibus mortem eius.

Ors quoqz eius de qua dehinc dicā: diuinitasqz post mortem eius dentissimis ostentis praecognita est. Quum lustrum in cāpo maratio magna populi frequētia conderet: aquila eū saepius circumvolauit: trās

Tompl.  
birha

XI. 3

## Octavius caesar ang.

gressaqz in vicinam aedem super nomen Agrippae ad primam litteram sedit: quo a iaduero vota quae in proximum lustrum suscipi mos est: col gam suum Liberiu; nūcupare iussit. Nam se quāqz cōscriptis paratusqz iam tabulis negauit suscepturū: quae non esset soluturus. Sub idem tem pus ictu fulminis ex inscriptione statuae eius prima nominis littera effluit: Responsumqz est centum solos dies post hac victurum: quem numerum.c.littera notaret: futurūqz ut inter deos referretur: q̄ aesar idest re liqua pars e Laesaris nomine: ethrusca lingua deus vocaretur. Liberū igitur in illyricum dimisurus: et beneuentum vslqz prosecuturus: quum i terpellatores aliis atqz aliis causis in iure dicendo detinerent: exclamauit: quod et ipsum mox inter omnia relatum est: non si omia morarētur: amplius se post hac Romae futurum. Atque itinere inchoato Asturam perrexit: et inde praeter consuetudinem de nocte ad occasionem aurae e uectus est.

### De causis infirmitatis eius et gestis in eadem.

**c** Ausam valitudinis contraxit ex profluvio alui. Tunc campaniae ora proximisqz insulis circuitis: caprearū quoqz secessui quatri diuum ipedit remississimo ad ocū: et ad omnē comitatē aio. Forte puteolanū sinū praeteruehenti vectores: nautaeqz de naui alexandrina: quae tūc quidē appulerat cādidiati coronatiqz et thura libantes fausta omnia: et eximias laudes cōggererant: p illū se vivere: p illū nauigare: libertate at qz fortunis p illū frui. Qua re admodū exhilaratus quadragenos aureos comitibus diuisit: iusqz iurandum et cautionē erexit a singulis: non alio datam summā qz in emptionē alexandrinarū mercium absumpturos. Sed et caeteros continuos dies inter varia munuscula togas insuper ac pallia distribuit: lege pposita ut Romani graeco: graeci Romano habitu et sermone vterentur. Spectauit assidue et exercentes ephebos: quorum aliqua adhuc copia ex vetere instituto capreis erat: iisdem etiam epulum i cōspectu suo praebuit permissa imo exacta iocandi licentia: diripiendiqz pomorum et obsoniorū rerūqz mussilium. Nullo deniqz genere hilaritatis abstinuit. Elicinam capreis insulā Apragopolim appellabam noīe: quasi conditorē insulae vocare consueuerat. Huius Aldasgabae ante annū defuncti tumulū quiz e triclinio animaduerisset magna turba: multisqz luminibus frequentari versum compositum ex tempore clare pñnciauit conuersusqz ad Thrasylū Liberij comitem cōtra accubantem: et ignarū rei interrogauit: cuiusnam poetae putaret esse: quo haesitante subiecit alium de hoc quoqz consuluit. Qui ille nihil aliud responderet qz cuiuscunqz essent: optimos esse: cachinū sustulit: atqz in iocos transfusus est. Aldor Neapolim traiecit: qzqz et tum infirmis intestinis morbo variante tū et quinquennale certamen gymnicū honori suo institutum perspectauit: et cū Liberio ad destinatum locum cōtendit: Sed in redeundo aggrauata va litudine tandem Nolae succubuit. Reuocatumqz ex itinere Liberū diu f.i.

## Secundus liber aug.

secreto sermone detinuit: neq; post ylli maiori négocio animum accommodauit.

De morte eius et gestis tunc per eundem.

**S**upremo die idētidem exquirens an iam de se tumultus foris eset petito speculo capillum sibi comi: ac malas labentes sibi corrigi p̄aecepit: et amicos admissos percontatus: ecquid his videret minimum vitae cōmode transegisse: adiecit et clasulā

Omnibus deinde dimissis: dū aduenientes ab vrbe de Drusi filia aegra interrogabat: repete i osculis Liuiae et i hac voce defecit. Liuia nostri cōiugij memor vine ac vale: sortitus exitū facile: et qualē semp optauerat. Nam fere quotiens audisset cito ac nullo cruciatu defunctū quēpiā sibi et suis similem ( hoc enim et verbo vti solebat ) precebat. Unum omnino ante efflatam animam signum alienatae mētis ostendit: q; subito pauefactus a quadraginta se iuuenib; abrīpi questus est. Id quoq; magis p̄aesagium q; mentis deminutio fuit. Siquidē totidem milites praetoriani extulerunt eum in publicum.

De die mortis: et aetate: et exequiis eiusdem:

**O**biit in cubiculo eodē: quo pater Octavius duobus sextis Mō peio et Apoleio consulibus. xiiii. kal. septēbres hora dici nona septuagesimo et sexto aetatis āno: diebus quinque et trigita minus. Eius opus decuriones municipiorū et coloniarū a Nola bouillas vsq; depostrarunt noctibus propter anni tempus: quum interdiu in basilica cuiusq; oppidi vel in aede sacrarū maxima reponeret. A bouillis equester ordo suscepit: vrbiq; itulit: atq; i vestibulo domus collocauit. Senatus et i funere ornādo et in memoria honoranda eo studio certatim p̄gressus est: vt inter alia complura censuerit quidā funus triūphali porta ducendum p̄aecedente victoria: quae est in curia canentibus neniam principū libe‐ris vtriusq; sexus. Alij exequiarū die ponendos annulos aureos: ferre osq; sumendos: nōnulli legenda ossa per sacerdotes summorum collegiorū. Fuit et qui suaderet appellationē mensis augusti in septembrem trāsferēdā: q; hoc genitus Augustus illo defunctus esset: aliis vt omne tempus a primo die natalis vsq; ad exitū eius: seculū Augustū appellaret: et ita in fastos referretur. Uerū adhibito honoribus modo bifariā laudatus est pro aede Dini Iulij a Liberio: et pro rostris veteribus a Druso Libe‐rij filio: ac senatorum humeris delatus in cāpū crematusq;. Nec defuit vir praetorius: qui se effigiem cremati euntem in caelum vidisse iuraret. Reliquias legerūt primores equestris ordinis tunicati et discincti pedibusq; nudis: ac i mausoleo condiderūt. Id opus inter flaminia viam: ripamq; tyberis sexto suo consulatu extruxerat: circuictasq; silvas et ambulationes i usum populi tunc iam publicarat.

De testamento et suprema voluntate eiusdem.

**E**stamētum. L. Plāco. L. filio consulibus. iii. nonas aprilis āte annū: et quattuor menses q; decederet factū ab eo: ac duobus

Contra grammā  
nr̄

V E Q

bunnū  
pallī m

# Tiberius caesar.

codicibus partim ipius: partim libertorum; Polybi: et Hilarionis manu scriptū: depositūq; apud sex virgines vestales cū tribus signatis aequē voluminibus protulerunt: quae omnia i senatu aperta atq; recitata sunt: haeredes instituit primos Liberum ex parte dumidia et tertante: Liuia ex parte tertia: quos et ferre nomen suum iussit. Secundos Drusum Li- berij filium ex triente: et ex partibus reliquis germanicum: liberosq; e- ius tres sexus virilis. Tertio gradu propinquos amicosq; complures. Le- ganit populo Romano quadringenties: tricies quinquies sextetū: p- rae torianis militib[us] singula milia nūmoꝝ. Cohortibus urbanis quīgenos: legionariis trecenos nūmos: quam summā repraesentari iussit: nam et cō fiscatam semper repositamq; habuerat. Reliqua legata varie dedit: p- duxitq; quaedam ad vicina sestertia: quibus soluendis annū diem fi- niit excusata rei familiaris mediocritate. nec plus peruenturū ad haere- des suos qz milles et quingenties p- fessus: quāuis viginti p- ximis ānis quaterdecies milles ex testamentis amicoru p- ceperisset: quod pene om- ne cum duobus paternis patrimoniu: caeterisq; haereditatibus in rem publicā assumpsiſſet. Julias filiam neptemq; siquid his accidisset: vetu- it sepulchro suo inferri. De tribus voluminibus uno mandata de funere suo complexus ē: Altero indicem rerum a se gestarum: quem vellet icidi in aeneis tabulis: quae ante mausoleum statuerentur: tertio breuiarium totius imperij quantum militum sub signis vbiq; essent: quātū pecuniae in aerario: et fiscis: et vectigaliorū residuis: adiecit et libertoru seruorum qz nomina: a quibus ratio exigi posset.

**L A Z J S U E L O N I J J T R A N Q V I L L J D E U J**  
**T A X J J . L A E S A R V M Z J B E R T E R** tuis icipit.

**T J B E R J U S L A E S A R .**

A T R J L J A Gens claudia (fuit enī et alia ple- beia nec potentia minor nec dignitate) orta est ex re- odo iug. p- rebus  
p- gillis oppido sabinoꝝ. Inde Romā recens conditaz cum magna clientum manu cōmigravit: auctore Lito Latio consorte Romuli. vel quod magis constat: Ap- pio Claudio gentis principe: post reges exactos sexto fere anno a patribus in patricios cooptata. Agrum insuper trans Anie- nem clientibus locūq; sibi ad sepulturam sub capitolio publice accepit. Deinceps pcedente tempore duo de triginta consulatus: dictaturas quin qz: censuras septem: triūphos sex: duas ouationes adepta est. Quū p- rae nominibus cognominibusq; variis distinguerentur: Lucij praenomē con- sensu repudiauit: postq; e duobus gētilibus praeditis eo: alter latrocinij: caedis alter coniunctus est. Inter cognomina autem et Neronis assump- sit: quod significatur lingua sabina fortis ac strenuus.

De gente Claudiorū et eorum gestis.

f.ij.

Vergilius vestitus p- x

Vergilius vestitus p- x  
vixit aucto

Gens claudia

Nero

## Tertius liber.

multorum claudiorum egregia merita: multa etiam secus ad  
missa i rep. extat: sed ut praecipua cōmemorē: Appius caecus so-  
cietate cum rege Pyrrho vt parū salubrē iniri dissuasit. Cladius Lan-  
der primus freto classe transiecto poenos sicilia expulit. Cladius Re-  
ro aduenientē ex hispania cū ingentibus copijs Asdrubalem priusquam  
ris remissorisq; vitae erat. Itaq; ne mortuo quidē pide affectus ē: s; tamē non statim a funere ad negotiorū cōsuetudinem redijt: iusticio longiore inhibito. Quin et Iliensium legatis paulo serius cōsolātibus quasi ob litterata iā doloris memoria irridēs: se quoq; respondit vicem eorū do lere: q; egregium ciuem Hectorē amisissent. Hermanico vsq; adeo obtrec tauit: vt ēt praeclara facta eius pro superuacuis elueret: et gloriofissimas victorias ceu damnosas. r. p. increparet. q; vero Alexandriam propter i mensam et repentinam famē: in consulto se adisset: questus ē in senatu. ēt causa mortis fuisse ei per. En. Pisonem legatum Syriae creditur: quez mor huius criminis reum putant quidā mādata prolaturū: nisi ea secreta obstant: per quae multifariam increpitum: et per noctes celeberrime acclamatum est: redde germanicum: quam suspicionem confirmauit. ip se postea: coniuge etiam ac liberis Hermanici crudelem in modum af flictis.

### De crudelitate et odio eius contra nurum.

n. Urū Agrippinā post mortem mariti liberius quiddam questam manu apprehendit: graecoq; versu si non dominaris inquit fi liola iniuriam te accipere existimas: nec vlo mor sermone dignatus est. Quondā vero inter coenā porrecta a se poma gustare nō ausam etiam vo care desuit: simulans veneni se criminē accersi: quū praestructum vtrūq; consulto esset: vt et ipse tentandi gratia offerret: et illa quasi certissimum exitum caueret. Nonissime calūniatus modo ad statuam Augusti: modo ad exercitus configere velle Pandatariam relegauit. Conuiciantiq; culum per centurionem verberibus excussit. Rursus mori inaedia desti nanti per vim ore diducto infulciri cibum iussit. sed et perseverantem: at q; ita absumptā criminosissime insectatus ē: quim diem quoq; natalis eius iter nefastos referēdū suasisset. Imputauit ēt q; nō laqueo strāgula tā i gemorias abiecerit. pq; tali clāmentia iterponi decretū passus est: quo sibi gratiae agerēt: t capitolino ioui domū ex auro sacraretur.

### De crudelitate et odio eius contra nepotes.

q. Eum ex germanico tres nepotes Neronē et Drusum et Laiū: ex Druso vnum Liberū haberet: destitutus morte liberorū maximos natu de Hermanici filiis Neronē et Drusum patribus conscrip tis cōmēdauit: diemq; vtriusq; tyrocinij congiario plebi dato celebra uit: sed vt comperit ineūte āno pro eoꝝ quoq; salute publice vota suscep ta: egit cū senatu nō debere talia praemia tribui nisi expertis: et aetate p nectis. atq; ex eo patefacta iteriore animi sui nota omnīū criminatōibus obnorios reddidit: variaq; fraude īductos vt et cōcītarent ad cōvicia: et cōcītati pderent. accusauit p litteras amarissime cōgestis ēt pbris: et iudicatos hostes fame necauit. Neronem i ūsula pontia: Drusuz in ima parte palaciū. Putant neronē ad voluntariā mortē coactū: quiū ei carni fer quasi ex senatus auctoritate missus laqueos: et vncos ostētaret. Druso aut adeo alimēta subducta vt tomētū e culcitā tētauerit mādere. Am boꝝ sic reliquias dispas: vt vix qñq; colligi possent.

Cultita ab incultado

# Tiberius caesar.

81

43

## De eius crudelitate contra amicos:

I Per veteres amicos ac familiares. xx. sibi e numero principum ciuitatis depoposcerat: velut consiliarios i negociis publicis. Hox om̄iū vir duos aut tres i columnes praestit: caeterosq; alii alia de causa pculit. Inter quos cū plurimoz clade Aeliū Seianū: quē ad sumā potētiam nō tā benivolentia puererat: qz vt esset cuius ministerio ac fraudibus liberos germanici circūueniret: nepotēq; suum ex Druso filium naturalem ad successionem imperij confirmaret.

Actus secundus

## De crudelitate et saeuicia eius contra grammaticos et magistros.

II Thilo lenior i cōvictores graeculos: quibus vel maxime aquie sciebat. Cenonē quēdā exquisitus sermocinatē: quū interrogasset quaenā illa tā molesta dialectos esset: t ille respōdisset Dordē: relegauit cynarā: existimās exprobratū sibi veterē secessum: qz Dorice Rhodi loquant̄. Itē quū soleret ex lectione quotidiana quaestiones sup coenā p ponere: Et cōperisset Seleucū grāmaticū a ministris suis pquirere: quos quoq; tēpore tractaret auctores: atq; ita praeparatum venire primū a cōtubernio remouit: deinde ēt ad mortem compulit.

## De crudelitate eius in iuuentute.

I Aena ac lenta natura ne i puero quidē latuit: quā Theodorus cādareus Rhetorice praeceptor: t pspexisse primus sagaciter: t assimilasse aptissime visus ē: subinde in obiurgando appellans eum id ē lutum a sanguine maceratum: sed aliquāto magis i principe eluxit ēt inter initia: quū adhuc fauorem moderatōis assimilatione captaret. Scurrā: qui praetereunte fune re clare mortuo mandarat: vt nūciaret Augusto nōdū reddi legata: quae plebeis reliquisset: adtractum ad se recipere debitum: duciq; ad supplicium iperavit: et patri suo verū referre. Nec multo post in senatu Idompeio cūdam equiti ro. quiddam perneganti: dū vincula minatur: Affirmauit fore: vt ex Idompeio pompeianus fieret acerba cauillatōne simul bo minis nomen icessens veteremq; partium fortunam.

## De crimine laesac maiestatis atrociter acto:

IIib idem tēpus consulente praetore an iudicia maiestatis cogi iuberet: exercendas esse leges respondit: et atrocissime exercuit. Statuae quidā Augusti caput demiserat: vt alterius iponeret. Acta res in senatu. Et quia abigebat p tormenta quae sita ē: Damnato reo paulatim genus calumniae eo proceſſit: vt haec quoq; capitalia effent circa Augusti simulacrum seruum cecidisse: vestem mutasse: nummo vel annulo effigiem ipressam latrinae aut lupanari intulisse: dictum ullum factūue eius existimatōne aliqua laesisse. periit deniq; et is qui honorem in Colonia sua eo die decerni sibi passus ē: quo decreti et Augusto olim erant.

## De atrociter gestis p eū sub specie grauitatis.

III Ult̄a praeterea specie grauitatis ac mox corrigēdoz: s; et magis naturae obtēpans ita saeuiae t atrociter factitauit: vt nōnulli vex-

scru  
scru longi atrox atrox  
longi atrox longi  
longi atrox longi

## Tertius liber.

siculis quoq; et praesentia exprobaret: et futura denuciarent mala .  
Asper et immitis breuiter vis omnia dicam.

Dispeream si te mater amare potest.  
Non es eques: quare non sunt tibi milia centum :  
Omnia si quaeras: et rhodus exilium est .  
Aurea mutasti Saturni saecula Caesar :  
Incolumi nam te ferrea semper erunt .  
Fastidit vinum: quia iam sitit iste cruxem .  
Nam babit hunc audie: qz babit ante merum .

Aspice foelicem sibi: non tibi Romule syllam :  
Et marium si vis aspice: sed reducem:  
Nec no Antoni ciuilia bella mouentis:  
Non semel infectas aspice caede manus :  
Et dic Roma perit: regnabit sanguine multo .  
Ad regnum qui quis venit ab exilio .

Quae primo quasi ab impatientibus Romae domini: ac non tam ex ani  
mi sententia: qz bile et stomacho fingeretur: volebat accipi: dicebatqz idē  
tidem: oderint: dum pbent. deinde vera plane: certaqz esse ipse fecit fidē .

De poenis grauiissimis immeritis propter modi  
ca commissa irrogatis .  
Paucis diebus qz capreas attigit piscatori: qui sibi secretum  
agenti grande nullū inopinanter obtulerat: pfricari eodē pisce  
faciem iussit: territus qz is a tergo insulae p aspera et deuia erepsisset ad se .  
Bratulanti aut̄ inter poenā qz non et locustam: quā p grandē ceperat: ob-  
tulisset: locusta quoqz lacerari os imperauit .  
Silitē praetorianū ob sur-  
reptum e viridario paonem: capite puniuit .  
In quodam itinere lectica :  
qua vehebatur vepribus impedita exploratorem viae primarū cohortiū  
centurionē stratum humi pene ad necem verberauit .

Item de saeuicia et omni genere crudelitatis eiusdem .

Ox in omne genus crudelitatis erupit: nūquā deficiente materia .  
quā primo matris: dein nepotū et nurus: postremo Seiani fami-  
liares: atqz ēt notos persequeretur. post cinis interitū vel saeuissimus ex-  
titit: quo maxime apparuit nō tam ipsum Seiano cōcitari solitū: qz Se-  
ianū quaerenti occasiones sumministrasse .  
Et si cōmētario : quē de vita  
sua summātum breuiterqz composuit: ausus ē scribere Seianum se punis-  
se: qz comperisset furere aduersus Hermanici liberos filij sui: quorū ipse  
alterū suspecto iam: alterū oppresso demū Seiano interemit .  
Sigillatim crudeliter facta eius exequi longuz ē .  
Genera velut exemplaria saeuiciae  
enumerare sat erit. nullus a poena hominū cessavit dies: ne religiosus qui  
dem ac sacer. Animaduersum in quosdam ineunte anno: accusati: dāna-  
tiqz multi cum liberis atqz etiam vxoribus suis .  
Interdictum ne capite  
damnatos propinquū lugerent: decreta accusatoribus praecipua praemia  
nōnūquā et testibus: nemini delatorum fides abrogata .  
Omne crīmē p  
capitali receptum est: etiam paucorum simpliciumqz verboruz .  
Obiectū

# Tiberius caesar.

x2

44

est poetae: q̄ in tragœdia Agamemnonem pbris laceſſet. obiectum est  
historico: q̄ Brutum Lassiumq; ultimos Romanos dixisset: animad-  
uerſum statim in auctores: scriptaq; abolita: quāuis probarentur etiam  
aliquot ante annos Augusto audiente recitata. Quibusdam custodia tra-  
ditis nō modo studendi solatium ademptū: sed et sermonis et colloquiū  
vſus. Litati ad causam dicendam partim se domi vulnrauerūt: certi dā-  
natōnis: sed ad vexatōnem ignominiāq; vitandam: partim in media cu-  
ria venenum hauserunt: et tamen colligatis vulneribus ac semianimes:  
palpitantesq; in carcerem recepti. Nemo punitoꝝ non in gemonias ab  
iectus: vncōq; tractus. Viginti vno die abiecti tractiq; inter eos pueri et  
foeminae: imaturae puellae: q; more tradito nefas esset virgines strangu-  
lari: piciatae prius a carnifice dein strāgulatae. M̄dori volētibus viſ adhi-  
bita viuēdi. Nam mortē adeo leue suppliciū putabat: vt quū audisſet vnu  
ex eis Carnulum noīe anticipasse eam exclamauerit: Carnulus me ea  
sic. Et in recognoscendis custodiis: precanti cuidam poenae maturitatē:  
respondit nōdum tecū i gratiam redij. Annalibus suis vir consularis iſe  
ruit frequenti quodā cōuiuio cui et ipse affuerit: interregatum eum subi-  
to et clare a quodam nano astante mensae inter capreas: cur Paconius  
maiestatis reus tam diu viueret: statim quidē petulantiam linguae obiur-  
gasse. Laeterū post paucos dies scripsisse senatui: vt de poena Paconij  
q; p̄sumum statueret.

vnu Consulari

1

Item de crudelitate et saeuicia eiusdem auctis.

a. Urit itenditq; saeuicia exacerbat idicio de morte filij sui Dru-  
ſi: quē quū morbo et iteperatia perisse existimaret: vt tandem in  
teremptū fraude Liuillae vxoris atq; Seiani cognouit: neq; tormentis  
neq; supplicio cuiusquā pepcit: soli huic cognitōni adeo per totos dies  
deditus et intentus: vt rhodiensem hospitē quē familiaribus litteris ro-  
mam euocarat aduenisse sibi nūciatū torqueri sine mora ufferit: quasi ali-  
quis ex necessariis quaestioni adesset. deinde errore detecto: et occidi: ne  
diuulgaret iuriā. Carnificinae eius ostenditur locus capreis: vnde dāna-  
tos p longa et exquisita tormenta praecipitari corā se in mare ubebat:  
excipiente classiariorum manu: et cunctis atq; remis elidente cadauera:  
ne cui residui spiritus quicq; inesset. Ex cogitauerat aut̄ inter genera cru-  
ciatus: et vt larga meri potionē p fallaciam oneratos repente veretris de-  
ligatis fidicularū simul vrinaeq; tormento distenderet: quod et nisi eum  
mors praeuenisset: et Thrasyllus cōsulto: vt aut̄: differre quaedā spe lō-  
gioris vitae compulisset: plures aliquanto necaturus. Ac ne reliquis qui  
dem nepotibus parsurus creditur: quū et Laiū suspectum haberet: et Li-  
beriuſ: vt ex adulterio cōceptū aspernaretur: nec abhorret a vero: namq;  
identidem foelicē Priamum vocabat: q̄ superstes omniū sucꝝ extitisset.

Denzs,

Secundus

Pezamy.

De suspicione in qua vixit inter facinora.

q. Nam iter haec nō modo iuisus: ac detestabilis: sed praetrepidus  
quoq; atq; et cōtumeliis obnoxius virerit: multa indicia sunt.  
aruspices secreto ac sine testimoniis cōsuli uetus. Uincina vero yrbi oracu-

## Tertius liber.

la disuicere conatus est: sed maiestate praenestinarii sortium territus destitutus: quoniam obsignatas deuictasque Romam non reperisset in archa nisi relatas rursus ad templo. Unum et alterum consulares oblatis, priuiciis non ausus a se dimittere usque adeo detinuit: donec successores post aliquot annos praesentibus daret: quoniam interim manente officij titulo et delegaret plura. Assidueque illi per legatos: et adiutores suos exequenda curarent.

De suspicione nurus et nepotum damnatorum.

n. Urum ac nepotes nunquam aliter post damnationem: quoniam catenatos obsuta que lectica loco mouit: prohibitis per militem obuiis ac viatoribus respicere usquam vel consistere.

Item de diffidentia et suspicione eiusdem.

s. Eianum res nouas moliētem: quāvis iam et natalē eius publice celebrari: et imagines aureas coli passim videret: vix tandem et astu magis ac dolo quam principali auctoritate subuertit. Nam primo ut a se per speciem honoris dimitteret: collegam sibi assumpsit in quinto cōsulatu: quem longo iteruallo absens ob id ipsum suscepserat. Deinde spe affinitatis ac tribuniciae potestatis deceptum inopinante criminatus est pudēda miserandaque oratione: quoniam inter alia patres conscriptos precaretur: mitte rent alterum e consulibus: qui senem se et solū in conspectu eorum cum aliquo militari praesidio pduceret. Sic quoque diffidens tumultumque metuens Drusum nepotem quē viculis adhuc Romae cōtinebat: solui: si res posceret: ducemque cōstitui p̄ceperat. Aptatis et nauibus ad quascunq; legiones meditabatur fugam: speculabundus ex altissima rupe idētidem signa: quae ne nūcijs morarēt: tolli pcul: ut quicquid factū p̄ceperat: mādauerat. Verum et oppressa cōiuratione Seiani nibilo securior: aut cōstantior p nouē primos menses non egressus ē villa: quae vocatur iouis.

De conuiciis et libellis contra eum editis.

v. Rebant insuper anxiā mentez varia vndiq; cōuicia nullo non dānatoꝝ omne p̄bri genus corā vel per libellos in orchestra positos īgerente: quibus quidem diuersissime afficibatur: modo ut p̄ae pudenre ignota: et celata cuncta cuperet: nonūque eadem contemneret et proferret ultro ac vulgaret. Quin et Arthabani parthoꝝ regis laceratus est litteris parricidia et caedes et ignauiam et luxuriā obuientis monētiis que ut voluntaria morte maximo iustissimoque ciuium odio quāprimum faceret. Postremo semet ipse pertesus talis epistolae principio tantum non summam malorum suorum professus est.

De epistola eius ad senatum et oratione factum suum pronunciantibus.

q. Tid scribam vobis patres conscripti: aut quo modo scribam: aut qd oīo non scribā hoc tēpore. Dixi me deaeque poenis perdāt: quē quotidianē pire sentio. Scio: existimat quidam p̄aescisse haec eū pitia futuroꝝ ac multo atē quāta se quandoque acerbitas et infamia maneret: p̄sperisse. Ideoque ut imperium iniret: et patris patriae appellatōnem: et ne in acta sua iuraretur: obstinatissime recusasse: ne mox maiore dedecore

Arthabani  
Arthabani

# Tiberius caesar.

45

impar tantis honoribus inueniretur. Quod sane et ex oratione eius: quem de utraqz re habuit colligi potest: uel quum ait similem se semper sui futurum: nec unqz mutatax mores suos: qz diu metus sanae fuisset: sed ex repli causa cauendum ne se senatus in acta cuiusquam obligaret: qui aliquo casu mutari posset. Et rursus: si quando aut inquit de moribus de uotoqz uobis animo dubitaueritis: quod priusqz euenerat: opto: ut me superius dies huic mutatae uestrae de me opinioni eripiat: nihil honoris adiuciet mihi patris appellatio: uobis autem exprobrabit: aut temeritate delati mihi eius cognominis: aut inconstantiā cōtrarii de me iudicii.

De statura et membris eius et ualitudine et incessu.

Et Orpore fuit ampio: atqz robusto: statura quae iustum excederet: latus ab humeris et pectore cacteris quoqz membris usqz ad imos pedes aequalis et congruens: sinistra manu agiliore ac ualidiore: articulis ita firmis ut recens et integrū malū dito terebraret. Caput pueri vel etiam adolescentis talitro vulneraret. Colore erat candido capillo pone oculum summisse: ut ceruice et obtegeret: quod gentile in illo videbatur: facie honesta in qua tamē crebri et subtile tumores cum praegrandibus oculis: et qui quod mirū esset noctu et et in tenebris viderent: sed ad breue: et quū primū a somno patuissent: demum rursus hebescebat. Incedebat ceruice rigida et obstipa adducto fere vultu plaerūqz tacitus: nullo aut rarissimo et cū primis sermone: eoqz tardissimo nec sine molli quadam digitorū gesticulatione. Quae omia ingrata atqz arrogantiae plena: et aiauertit Augustus in eo: et excusare tentauit saepe apud senatum: ac populum: pfessus naturae vicia esse non animi. Ualitudine prope prima usus ē tempore quidem principatus pene toto prope illaesa: quāvis trigesimo aetatis anno arbitratu eam suo rexerit: sine adiumento consilione medicorum.

De observatione religionum.

Ita deos ac religiones negligentior quippe addict⁹ mathemathicae plenusqz persuasionis cuncta fato agi. tonitrua tamē præter modū expauescebat: et turbatore caelo nūquā nō coronā laureaz ceruice gestauit: qz fulmine afflari negetur id genus frondis.

De artibus et disciplina eius.

Ita artes liberales utriusqz generis studiosissime coluit. In oratione latina secutus est Lorinius Allessalam: quē senē adolescens obseruauerat: sed affectatione et morositate nimia obscurabat stilum: ut aliquanto ex tempore qz a cura præstantior haberetur. Composuit et carmen lyricum: cuius ē titulus conquestio de Julij Caesaris morte. fecit et graeca poemata imitatus Euphorionē et Ariannum et Partheniū: quib⁹ poetis admodum delectatus scripta eorum et imagines publicis bibliothecis iter veteres et præcipuos auctores dedicauit. Et ob hoc plaeriqz eruditoz certatim ad eum multa de his ediderunt. Maxime tamē curauit noticiam historiae fabularis usqz ad ineptias: atqz derisum. Nam et grāmaticos: qd genus hōi⁹ præcipue ut dixim⁹: appetebat: eiusmo-

b i

a sup̄ mīnū  
Ad mīnū

## Tertius liber.

di fere quaestionibus experiebatur: Quae mater Hecuba: quod Achilli nomen iter virgines fuisset. quid sirenæ cantare sint solitæ: et quo primū die post excessum Augusti curiam intravit: quasi pietati simul ac religio ni satisfactorus Alcinois exemplo thure quidē ac vino verū sine tibicine supplicauit: ut ille olim ī morte filij.

De peritia sermonis graeci: et abstinentia, pñuciatus eius.

**f** Ermone graeco quāq; alias promptus et facilis: nō tamen vsq; quaq; vsus ē. abstinuitq; maxime ī senatu: adeo quidē ut monopolium nominaturus prius venia postularet: q; sibi verbo peregrino vtē dum esset. Atq; etiam ī quodam decreto patrum: quum recitaretur: commutandam censuit vocem: et p; peregrina nostratem requirendam: aut si non reperiretur vel pluribus: et per ambitum verborū rem enunciandam. M̄diletem quoq; graece testimonium īterrogatum nisi latine respondere retuit.

De iſirmitate eius et q; ad vrbē rediens retrocessit.

**b** Is omnino toto secessus tépore Rōmā redire conatus: semel tri remi vsq; ad p̄imos naumachiae hortos subiectus est disposta statione p; ripas L̄hyberis: quae obuiaz pdeuentes summoueret. Itē Appia vsq; ad septimū lapidē: sed p̄spectis modo nec aditis vrbis moe nibus rediit. Primo incertū qua de causa: postea ostento territus. Erat ei ī oblectamentis serpens draco: quem ex consuetudine manu sua cibaturus quī cōsumptum a formicis iuenisset: monitus ē: ut vim multitudinis caueret. Rediens ergo ppe campaniam Asturæ ī langorem icidit: quo paulū leuatus circeios pertendit. Ac ne quā suspicionem iſirmitatis daret: castrenisbus ludis non tantū īterfuit: sed ēt missum in arenā apruz iaculis desuper petuit: statimq; latere conuulso: et vt exastuarat: afflatus aura ī grauiorē recidit morbum. Sustentauit autem aliquādiu: quanuis Alcisenum vsq; deuectus nihil ex ordine quotidiano praetermitteret: ne coniuia quidem ac caeteras voluptates partim intēperantia: partim dis simulatione. Nam Laridem medicum: q; cōmeatu abfuturus e cōuiuo egrediens manū sibi osculandi causa apprehendisset: existimans tentatas ab eo venas remanere: ac recumbere hortatus est: coenāq; protractarit. nec abstinuit consuetudine: quin tunc quoq; instans in medio triclinio astante lictore singulos valere dicentes appellaret.

De loco et tempore mortis eius.

**i** Alterim quū in actis senatus legisset: dimissos ac ne auditos qui de quosdam reos: de quibus stricti: et nihil aliud q; nominatos ab idice scripserat: pro cōtempto se habitū fremēs repetere capreas quo quo mō destinauit: nō temere quicq; nisi ex tuto ausurus: sed tēpestatib; et ingrauescente vi morbi retētus paulopost obiit in villa luculliana octauo et septuagesimo aetatis āno: tertio et vigesimo īperij. xvij. kal. aprilis Ln. Acerriō proculo. L. Mortio nigro consulibus. Sunt qui putēt vennū ei a Laio datū lētū atq; tabificū. Alij ī remissione fortuitae febris ci bū desiderāti negatū. Nonnulli puluinum iniectū: quum extractum sibi de

de finni pūnū  
proponere fū pūnū  
fūnūt  
de finni / h̄y ym vñ

93 46

## Tertius liber Tiberius caesar.

ficienti anulum mox resipiscens regissem. Seneca eum scribit intellecta de fectione excepit anulum quasi alicui traditum parum tenuisse: dein rurus aptasse digito et compresa sinistra manu iacuisse diu imobilem subito vocatis ministris: ac nemine respondente consurrexisse: nec procul a lectulo deficientibus viribus cecidisse.

### De signis praecedentibus morte eius.

Appremo natali suo Apollinē Lemnitē et amplitudinis: et artis eximiae adiectū Syracusis: ut in bibliotheca noui templi poneretur: uiderat per quietē affirmātem nō posse se ab ipso dedicari. et ante paucos q̄d obiret dies turris phari terraemotu capreis cecidit. ac miseri cinis et fauilla et carbonibus ad calefaciēdum tricliniū illatus extinctus: et iādiu frigidus exarsit. Repete prima uespera: atq; i multam noctē ptinaciter luxit.

### De laetitia Romanorū in morte eius et gestis p̄ eos.

Orte eius ita lactatus est populus: ut ad primū nūciū discurrentes: pars Liberii in Thyberi clamitarent: pars terram matrē defosq; manes orarent: ne mortuo sedem ullam nisi inter impios darent. Alij vñcū et gemonias cadaveri minarentur: exacerbati super memoriam pristinae crudelitatis et recenti atrocitate. Nā cū senatus consulto actum esset: ut poena dānatorū in decimū semp̄ diē differret: forte accidit ut quo rūdā supplicij dies is esset: quo nūciatū de Liberio erat: hos iprorantes hominum fidem: quia absente adhuc Laius nemo astabat: qui adiūti inter pellariq; posset: custodes ne quid aduersus constitutum facerent: strāgu lauerunt: abieceruntq; in gemonias. crevit igitur inuidia quasi etiā post mortem tyranni saeuicia permanente: corpus ut moueri a Diseno coepit: conclamantibus plaeisq; Atellam potius deferendum: et in amphitheatro semiuulandum: Romam per milites deportatum est: crema tumq; publico funere.

### De testamento et ultima dispositōne eiusdem:

Estamentū duplex ante biennium fecerat: alterum sua: alterum liberti manu: sed eodem exēplo: obsignaueratq; et humillimorum signis. Eo testamento haeredes aequis partibus reliquit Laius ex Hermanico: et Liberii ex Druso nepotes: susstituitq; iuuicem. Dedit et legata plaeisq;: inter quos virginibus vestalibus ac militibus vniuersis: plebiq; Romanae viritim: atq; etiam separatim vicorum magistris:

L A I J S G E L O R I J T R A N Q U I L L I  
D E G J L A . E J J . L A E S A R V M L J B E R  
Q U A R T U S J N E J P J Z .

L A J U S L A L S G L A C A E S A R I

De Hermanico patre Laij et gestis eius.

D. ij.

## Quartus liber.

**E**R A M I N I S L A S . L . Caesaris pater: Dru si et iumoris Antoniae filius a Liberio patruo adoptatus: quaesturam quinquennium anteque per leges liceret: et post eam consulatum statim gesuit: missusque ad exercitum in Germaniam excessu Augusti nunciato legiones universas imperatorem Liberium pertinacissime recusantes: et sibi summam rei. p. deferentes: incertum constantia an pietate maiore compescuit: atque hoste mori deuicto triumphauit. Consul deinde iterum creatus: ac prius quam honorem iniret: ad componendum orientis statum expulsus: quoniam Armeniae regem deuicisset: Cappadociam in provincia for man redegisset: annum aetatis agens quartum et trigesimum: diuturno morbo Antiochiae obut: non sine veneni suspicione. Nam praeter linores: qui toto corpore erant: et spumas quae per os fluebant: cremati quoque cor inter ossa incorruptum repertum est: cuius ea natura existimatur: ut tinctum veneno igne confici nequeat.

### De morte germani.

**O** Buit autem: ut opinio fuit: fraude Liberij ministerio et opera. En. Pisonis: qui sub idem tempus Syriae praepositus: nec dissimilans offendendum sibi aut patrem aut filium quasi plane ita necesse esset: etiam aegrum germanicum grauissimis uerboz ac rex acerbitatibus nullo adhito modo affecit: propter quae ut Romam rediit pene disceptus a populo: a senatu capititis damnatus est.

### De virtutibus animi et corporis Germanici

**O**mnes Germanico corporis animique virtutes: et quantas nemini cuique contigisse satis constat. Formam et fortitudinem egregiam: ingenium in utroque eloquentiae doctrinaeque genere praecellens: benivolentiam singularem: conciliandaeque hominum gratiae: ac promerendi amoris mirum et efficax studium: formae minus congruebat gracilitas crurum: sed ea quoque paulatim repleta assidua equi uestitione post cibum. Hostem enim saepe percussit. Prauit causas etiam triumphalis: atque inter certa studioz monumenta reliquit: et comoedias graecas. Domi forisque civilis. Libera ac foederata oppida sine lictoribus adibat. Sic ubi clarorum uirorum sepulchra cognoseret: inferias manibus dabant. Laesorum clade uari ana ueteres ac dispersas reliquias uno tumulo humaturus colligere sua manu et cōportare primus agressus est. obtrectatoribus etiam: qualescumque et quātacumque de causa nactus esset: lenis adeo et innoxius: ut pisoni decreta sua rescindenti clientelas diu uexanti non prius succensere in animum inducerit: que ueneficiis quoque et devotionibus impugnari se conoperisset. Ac ne tunc quidem ultra progressus: que ut et amicicam ei more maiorum renunciaret: mandaretque domesticis ulationem: si quid sibi accideret.

### De fauore et dilectione omnium ad eum.

**Q**uarum virtutum fructum uberrimum tulit sic probatus: et dilectus a suis: ut Augustus: omitto enim necessitudines reliquias: diu contactus: an sibi successore distinaret: adoptandum Liberio dederit. Sic uulgo fa-

# Lains Caligula caesar.

47

uerabilis ut plurimi tradat: quotiens aliquo adueniret: uel sicunde disce-  
deret: prae turba occurerunt psequebitumue non nunquam eum discrimen uitae  
adisse. Et germania uero post copressam seditionem reuertenti praetoria-  
nas cohortes uniuersas prodiisse obuiam: quis pronunciatus esset: ut duae  
tantummodo exirent. Populi autem Romani sexum aetatem ordinem omnem  
usq; ad uicesimū lapidem effudisse se. De praesagiis: quae diem mortis Hermanici praeuenerunt:  
et de luctu etiam barbarico.

Amē lōge maiora et firmiora de eo iudicia ī morte ac post mor-  
te extitere. Quo defunctus ē die: lapidata sunt tēpla: subuersae deuīz arae:  
lares a quibusdam familiares in publicum abiecti: partus coniugum ex-  
positi: quin et barbaros ferūt: quib⁹ intestinum quibusq; aduersus nos  
bellum esset: uelut in doméstico cōmuniq; moerore cōsensisse ad induci-  
as. Regulos quosdam barbam posuisse: et uxoriū capita rasissime ad idicū  
maximi luctus. Regum etiam regem et exercitatione uenandi: et cōvictu-

Abestiganum abstinuisse: quod apud parthos iusticij illar est.

De moesticia et luctu in urbe de morte eius.

Omnes ergo qui ad primā famā ualitudinis attonita et moesta  
ciuitas lequētes nūtios opperiretur: et repente iam uesperi īcer-  
tis auctoribus cōualuisse tandem p̄crebruisset: passim cum luminibus et  
uictimis in capitolium cōcursum est: ac pene reuulsae templi fores: ne  
quid gestientes uota reddere moraretur. Ex p̄fessus ī somno Liberius  
est gratulantium uocibus atq; undiq; cōcīnētū: salua Roma: salua pa-  
tria: saluus est germanicus. Et ut demum fato fūctum palam factū est:  
non solatiis illis: non edictis inhiberi luctus publicus potuit: durauitq;  
et per festos decēbris mēsis dies. Auxit gloriaz desideriumq; defuncti:  
et atrocitas insequētiā temporū cūctis nec temere opinantibus reuerētia  
eius: ac metu repressam Liberij saeuiciam: quae mox eruperit.

De vxoribus et filiis Hermanici.

Abuit in matrimonio Agrippinā. M. Agrippae et Juliae filiaz:  
et ex ea nouē liberos tulit: quoꝝ duo infantes adhuc rapti: vñ  
iā puerascens ī signi festiuitate: cuius effigie habitu cupidinis ī aede capi-  
toliae Elenoris Livia dedicauit. Augustus ī cubiculo suo positam quo-  
tienscūq; introiret: ex osculabatur. Laeteri superstites patri fuerūt. Tres  
serus foeminini: Agrippina: Drusilla: Livia continuo triēnio natae: to-  
tidem mares Nero: et Drusus: et L. Caesar. Neronem et Drusum se-  
natus Liberio criminante hostes indicauit.

De loco et tempore nativitatis. L. Caesaris.

Lains Caesar natus ē pridie kal. septēbris: patre suo: et L. Gon-  
teio Capitone consulibus. vbi natus sit ī certū diversitas traden-  
tiū facit. En. Létulus Hetulicus tyburi genitū scribit. Plinius secundus  
ī treuiris vico abitarino supra confluentes. Addit ēt p argumento aras  
ibi ostendi ī scriptas ob Agrippinae puerperū. Versiculi iperāte mox co-  
diuulgati apud hibernas legiones procreatū indicant.

b. iii.

ambitazino

Tunc ven  
Amberau  
pr  
al

## Quartus liber.

In castris natus: patrūs nutritus in armis.  
Iam designati principis omen erat.  
Ego in actis Antij iuuenio editum. H̄etulicum refellit Plinius quasi mē-  
titum per adulacionem ut ad laudes iuuenis: gloriosiqz principis aliquid  
etiam ex urbe Herculi sacra sumeret: abusumqz audentius mēdacio: q̄  
āte annū fere natus Hermanico filius tyburi fuerat appellatus et ipse. L.  
Caesar: de cuius amabili puericia: imaturoqz obitu supra diximus. Pli-  
num arguit ratio temporū. Nam qui res Augusti memoriae mādarunt:  
Hermanicum exacto consulatu in galliam misum consentiunt iam nato  
Laij. Nec Plinius opinionē īscriptio arac quicqz adiuvuerit: qui Agrip-  
pina i ea regione filias enixa sit. Et qualiscūqz partus sine ullo sexus di-  
scrimine puerperium uocetur: quod antiqui ēt pueras: sicut et pu-  
eros puellos dictitarēt. Extat et Augusti epistola ante paucos q̄z obiret  
menses: ad Agrippinam neptē ita scripta de Laij hoc ( Nec enī quis  
q̄z iam aliis infans nomine pari tunc supererat ) puerū Laium. xv. kal.  
iunij: si dij volent: vt ducerent Talarius et Aselliūs: heri cum his consti-  
tui. Missit praeterea cum eo ex seruis meis medicum: quem scripsi Her-  
manico: si vellet vt retineret: valebis mea Agrippina: et dabis operam  
vt valens peruenias ad Hermanicum tuum. Abunde arbitror patere non  
potuisse ibi nasci Laium: quo ppe bimulus demum perductus ab urbe  
sit. Versiculoy quoqz fidem eadem haec eleuant: et eo facilius: q̄ bi sine  
auctore sunt. Sequenda igitur est: quae sola anterior restat publici iſtru-  
menti auctoritas. Praesertim quū Laius Ancum omnibus semper locis:  
atqz secessibus praelatū nō aliter q̄z natale solū dilexerit. Tradaturqz ēt  
sedē ac domicilium imperij taedio urbis trāsferre eo destinasse.  
De cognomine Laij et vbi primo fuerit educatus.  
Aligulae cognomen castrensi loco traxit: quia manipulario habi-  
tu iter milites educabatur. apud quos quātum praeterea p hanc  
nutrimentoz consuetudinē amore et gratia valuerit: maxime cognitū ē:  
cum post excessum Augusti tumultuantes et in furorem vsqz praecepites  
solus haud dubie conspectu suo flexit. Non enim prius d̄stiterūt: q̄z obli-  
gari eum ob seditionis periculū: et in proximam ciuitatē demandari anī  
maduertissent. Tūc demum ad poenitētiā versi represso ac retento vehi-  
culo inuidiam: quae sibi fieret: deprecati sunt.  
De loco et apud quos secundo fuerit educatus.  
Omitatus ē patrē: i syriaca expeditōe. vnde f̄uersus: primū i ma-  
tris: deinde ea relegata in Liuiae Augustae, pauiae suae cōtuber-  
nio mansit: quā defunctam praetextatus ēt tūc p rostris laudauit. Tran-  
sūtqz ad Antoniam auiam. et vnde vicesimo aetatis anno accitus Capre-  
as a Liberio uno atqz eodem die togam sumpsit: barbamqz posuit sine  
vlo honore: qualis contigerat tyrocinio fratum eius. hic omnibus iſi-  
diis tentatus elicientium Logentiumqz se ad querelas nullam vñqz oc-  
casione dedit: Perinde oblitarato suoꝝ casu: ac si nihil cuiquā accidis-  
set: quae vero ipse pateretur incredibili dissimulatōne transmittens. tan-

# Laius Caligula caesar.

tiqz in auum: et qui iuxta erant: obsequij: vt non immerito sit dictum: nec seruum meliorem vllum: nec deteriorem dominū fuisse.

*De signis sacuiciae eius in iuuentute*

Aturam tamen sacuam atqz probrosam: nec tūc quidē inhibere poterat: quin et animaduersionibus poenisqz ad supplicium datorū cupidissime interesset: et ganeas atqz adulteria capillamēto celatus et ueste longa noctibus obiret: ac scaenicas saltandi canendiqz artes stupidosissime appeteret. facile id sane Liberio patiente si per has māsuefieret posset serum eius igeniū. Quod sagacissimus senex ita prorsus perspererat: vt aliquotiens praedicaret exitio suo omniūqz Laium vivere: et se natricem serpentis id genus, p.r., phaetōtem orbi terrarū educare.

*De vxore eius et suspitōne veneficij i Liberium.*

On ita multo post Juniam Claudillam. Ab Syllani nobilissimi viri filiam duxit vxore. Deinde augur i locū fratri sui Dru si destinatus: prius qz inaugurate: ad pontificatum traductus ē: insigni testimonio pietatis atqz idolis: quiū deserta desolataqz reliquis subsidiis aula: Seiano hoste tūc suspecto mox et oppresso: ad spem successionis paulatim admoueret. Quā quo magis confirmaret amissa Junia ex partu Eniam Macronis vxorem: qui tum praetorianis cohortibus praeerat: sollicitauit ad stuprū: pollicitus et matrimonium suū si potitus iperio fuisset: deqz ea re et iureurando et chirographo cavit: p hāc insinuatus Macroni veneno Liberium agressus est: vt quidam opinant: spirantiqz adhuc detrahi anulum: et quoniam suspicionem retinentis dabant: puluīnū iussit iniici: atqz ēt fauces manu sua opprescit: liberto: qui ob atrocitatē facinoris exclamauerat: confessim in crucem acto. Nec ab horret a veritate: quiū sint quidam auctores: ipsum postea etsi non de perfecto at certe de cogitato quondam parricidio p̄fessum. Gloriatum enī esse affidue: et in cōmemorāda sua pietate ad vlciscendam necem matris et fratrum ītroisse se cum pugione cubiculū Liberij dormientis et misert cordia torreptū abiecto ferro recessisse: nec illū quāqz sensisset aut īquire re quicqz aut ērequi ausum.

*De imperio Laii Caligulae Caesaris:*

Ic ī imperium adeptus, p.r., vel vt ita dicā hoīum genus voti com potem fecit: exoptatissimus princeps maxime parti p̄uincialium ac militum: qui ifantez plaeriqz cognouerant. Sed et vniuersae plebi vrbanae ob mēmoriā Hermanici patris: miseratōezqz prope afflictæ domus. Itaqz vt a Maceno mouit quāuis lugentis habitu: et funus Liberij p̄sequens: tamē inter altaria et victimas ardentesqz taedas densissimo: et laetissimo obviorū agmine īcessit: super fausta nomina sydus et pullum et puppum et alumnū appellantium:

*De gestis i initio p̄cipatus eius:*

Agressoqz vrbem statim cōsensu senatus: et irrūpētis i curiā turbae irrita Liberij voluntate: qui testamēto alterū nepotē suū p̄textatum adhuc cohaeredem ei dederat: ius arbitriumqz omnium re-

*Pytho*

*Soror  
Natrix  
Pythonem*

*p̄ha*

*chrysanthē camī*

## Quartus liber.

rum illi permissum est tanta publica laetitia: ut tribus primis mensibus: ac ne totis quidem supra centū sexagita milia victimarū caesa tradātur. Quum deinde paucos post dies i proximas cāpaniae īsulas traieciſſet: vota p rēditū ſucepta ſunt: ne minimā quidem occaſionem quoq; omittente i testificanda ſollicitudine et cura de icolumitate eius. Ut vero i ad n̄erſam valitudinē icidit pernoctatib⁹ cunctis circa palatiū non defuerūt: qui depugnaturos ſe armis p ſalute aegri: quiq; capita ſua titulo ppoſito vouerent. Accessit ad imēſum ciuium amorem notabilis ēt extēnſorū fauor. Nāq; Arthabanus partboꝝ rex odium ſemper contempnūq; Liberij p̄ae ſe ferens amiciciam eius vltro petiūt: venitq; ad colloquium legati consularis: et transgredit ſuper Euphratēm aquilas et signa romana: caesarumq; imagines adorauit.

De piis et ciuilibus gestis per um i initio p̄cipatus.

i. Ascendebat et ip̄e ſtudia hoīum omni genere popularitatis. L̄iberio cū plurimis lachrymis pro concione laudato funeratoq; apliſſime: confestī pandaterā et pontias ad trāſferendos matris fratriſ q; cineres festiuauit tēpeſtate turbida: quo magis pietas emineret: adiūt q; venerabundus: ac per ſe met i vrnas condidit. Nec minore ſcena hoſtiam praefixo i biremis puppe vexillo et id Romā thyberi ſubuectos per ſplēdidissimū quēq; equeſtris ordinis medio: ac frequenti die duo bus ſorulis mausoleo itulit. iſeriasq; his annua religione publice iſtituit: et eo amplius matri circenses: carpentūq;: quo i pompa tradiſceretur. At i memoriā patris ſeptēbrē mensem germanicū appellauit. Posthaec Antoniae auiae quicquid vñquā Līvia Auguſta bonoꝝ cepiſſet: vno ſenatus cōſulto cōgeſſit. Patrium Claudio equitem romanum ad id tem- pus collegam ſibi i consulatu aſſumpſit. Fratrem Liberium die viriliſ togae adoptauit: appellauitq; p̄cipem iuuentuſis. De ſororibus auctor fu- it: vt omib⁹ ſacramentis afficerentur. Neq; me liberosq; meos cariores habeo: q; Laium et ſorores eius. Item relatiōnibus consulū: quod bonū foelirq; ſit. L. Laelari ſororibusq; eius: pari popularitate dama- toſ: relegatosq; reſtituit. Criminūq; ſi qua residua ex priore tēpore ma- nebant: omium gratiam fecit. Commentarios ad matris fratrūmq; ſuo- rum cauſas pertinenteſ: ne cui poſtmodo delatori aut teſti maneret ul- lis metuſ connectos i forum: et ante clare obteſtatiſ deos: neq; legiſſe neq; attigiſſe quicquam concremauit. Libellum de ſalute ſua oblatū non recepit: contendens nihil ſibi admiſſum: cur cuiq; iuſiſuſ eſſet: negauiq; ſe delatoriibus aures habere.

De ciuilibus geſtis et moderatiōne eius.

ſ. M̄itras monſtrosarū libidinū aegre ne pſundo mergeret exora- tus: vrbe ſummouit. Liti Labieni: Lordij Cremutij: Laffi Se- ueri ſcripta ſenatus cōſultis abolita requiri: et eſſe i manib⁹: lecticariq; pmiſit: quādo maxime ſua itereffet: vt facta quaeq; posteris tradiſtantur. Ratōnes imperij ab Auguſto proponi ſolitas: ſed a Liberio inter- miſſas publicauit. Magistribus liberam iuriſdictiōnem et ſine ſuſ ap-

## Laius Caligula caesar.

49

pellatōne concessit. Equites romanos severo curioseqz nec sine modera-  
tōne recognouit: palaz adempto equo: quibus aut p̄bri aliquid: aut igno-  
miniae iesset. Eoz qui minore culpa tenerentur: nominibus modo i reci-  
tatōne praeteritis: vt leuior labor indicantibus foret. Ad quattuor prio-  
res quintā decuriā addidit. Lētanit et comitioz more reuocato suffragia  
populo reddere. Legata ex testamēto Liberij quāqz abolito: s̄ et Limae  
Augustae: quod Liberius suppresserat: cum fide ac sine calumnia repre-  
sentata psoluit. Ducentesimam auctionum italiae remisit. Absultis incen-  
diorum dāna suppleuit. ac si quibus regna restituit: affecit et fructū om-  
nium vectigalioz: et reddituum medi⁹ temporis vt Antiochō comageno  
sestertium milies confiscatū. Quoqz magis nullius non boni exēpli fau-  
tor videretur: mulieri libertinae octoginta donauit: q̄ cruciata grauis  
simis tormentis de scelere patroni reticuisse. Quas ob res iter reliquos  
honores decretus est ei clipe⁹ aureus: quē quot annis certo die collegia  
sacerdotum in capitolium ferrent senatu prosequente: nobilibusqz pue-  
ris: ac puellis carmine modulato laudes virtutum eius canentibus. De-  
cretum autem vt dies quo cepisset iperiu: palilia vocaretur: velut argumē-  
tum rursus conditac vrbis.

De cōsularibus p̄ eū gestis et de liberalitate eius ad populu.

c Onsulatus quattuor gessit. primū ex kalēdis ianuarij p̄ duos mē-  
ses. secūdū ex kal. ianuarij p̄ triginta dies. tertium vsqz in idus  
ianuarij. quartū vsqz. viij. idus easdem. Ex omnibus duos nouissimos cō-  
iūxit: tertiu aut̄ lugduni iūt solus: non vt quida opinantur superbia ne-  
gligentiae: sed q̄ defunctum sub calendaruz diez collegā rescisse absens  
non potuerat. Logiarium populo bis dedit trecenos sestertios. totiēs a-  
bundantissimum epulum senatui equestriqz ordini et coniugibus ac liberis  
vtroqz. Posteriore epulo foreſia insuper uiris pueris ac foeminis fa-  
scias purpurae ac cōchylij distribuit. Et vt laeticiam publicam i ppetuū  
quoqz augeret: adiecit diē saturnalibus: appellauitqz iuuenalem.

De spectaculis per eum editis.

m. Unra gladiatoria partim in amphitheatro tauri: partim in sep-  
tis aliquot edidit. quibus ieruit cateruas afroz campanorūqz  
pugilū ex vtraqz regione electissimoz. Neqz spectaculis semper ip̄e p̄ae-  
sedit: sed interdum aut magistratib⁹ aut amicis praesidēti munus iun-  
xit. Scaenicos ludos et assidue et varijs generis multifariam fecit: quos  
dam et nocturnos accēsis tota vrbē luminibus. Sparsit et missilia vari-  
rum rerū: et panaria cū obsonio viritim diuisit. qua epulatione equiti ro-  
mano contra se hilarius audiuisqz vescenti partes suas misit. Sed et se-  
natori ob eadē cām cod: cillos: quibus praetorē eū extra ordinē designa-  
bat. Edidit et circēses plurimos a mane vsqz ad vesperā iteriecta modo  
africanarū venatōne: mō Troiae decurssione. et quosdā praecipuos minio  
et chrysocolla cōstrato circo: nec ullis nisi ex senatorio ordine auriganti-  
bus: cōmisit: et subitos: quū lege luciana apparatū circi prospicere pauci  
ex proximis menianis postulassent.

## Quartus liber.

De novo genere spectaculi per eum edito.

**N**onnum praeterea atq; inauditum genus spectaculi excogitauit. Nam baiarū medium iteruallū et puteolanas moles trium milii et sercentoꝝ fere passuum pōte cōiūxit. Et tractis vndiq; onerariis nauibus et ordine dupli ad anchoras collocatis: superiectoꝝ aggere terre non ac directo in appiae viae formā. Per hūc pontē vltro citro comeauit biduo cōtinenti. primo die phalerato equo insigniꝝ quercica corona et cetra et gladio aureaꝝ chlamyde. postridie q̄drigario habitu curriculo q; biungi famosorū equoꝝ p̄ae se ferens **Dareum puerum ex parthoz** ob sidibus: cōmitante praetorianoꝝ agmine et in esedo cohorte amicoꝝ. Scio plaeorsq; aestimasse talem a Laiō pōtem excogitatum aemulatōe **Xerris**: qui non sine admiratione aliquanto angustiorē hellespontum contabulauerit. Alios: ut Hermaniam et Britaniam: quibus iminiebat: alicuius imēsi operis fama territaret. Sz auū meū narratē puer audiebā cām opis ab interioribus aulicis pditā: quod Thrasyllus mathematicus anrio de successore Liberio et in Uerum nepotē prōriori affirmsat non magis Laiū iperaturum q; per baianum sinum equis discursuꝝ.

De spectaculis p̄ eū peregre factis.

**C**edit et peregre spectacula in Sicilia: Syracusis hasticos ludos: et i gallia Lugduni miscellos. Sz r certamē quoq; graecac latinaeq; facūdiae: quo certamine ferunt victoribus praemia victos contulisse: eorū dē et laudes cōponere coactos. Eos aut qui maxime displicuerint: scripta sua spōgia linguaue delere iussos: nisi ferulis obiurgari: aut flumine proximo mergi maluissent.

De operibus publicis p̄ eū editis et peractis.

**O**pera sub Liberio semipfecta templū Augusti: theatrūq; Dom peij absoluit. Inchoauit aut aquae ductū regione tyburti: et amphitheatrū iuxta septa. Quoꝝ operū a successore eius Claudio: Alterum pactū: omissum alterū ē. Syracusis collapsa vetustate moenia: deoꝝq; aedes refectae. destinauerat et Sami Polycratis regiam restituere: Adileti didymeū pagere: In iugo alpium urbem condere: sed ante omnia isthnum in Achaia perfodere. Misseratq; iam ad dimetiendū opus primiparem Laiū.

De vanagloria et elatōne eiusdem.

**A**ctenus quasi de principe: reliqua vt de mōstro narranda sunt. Compluribus cognominibus assumptis ( Nam et pius: et castus filius: et pater exercitū: et optimus marim Caesar vocabat) quū audiret forte reges: qui officij causa i vrbē aduenerat: cōcertates apud se sup coenā de nobilitate generis exclamauit.

Nec multū absuit quin statim diadema sumeret: speciēq; principatus i regni formā conuerteret. Uerū admonitus et principū et regum se excessisse fastigium: diuinā ex eo maiestatem afferere sibi coepit. datoꝝ negocio vt simulacra numinum religione et arte præclara: inter quae olympici Jovis apportarentur egregia: quibus

Dareus puer

Xcixos

Aenus tragū

30 mill  
pp. 11

# Lains Caligula caesar.

capite dempto suum iponere: partem palatij ad forum vsq; pmonit. at qz aede Castoris et Pollucis i vestibulū transfigurata consistens saepe inter fratres deos medū adorādū se adeuntibus exhibebat: et quidam eum latialem iouem consalutauerunt. Templū ēt numini suo propriū et sacerdotes: et excogitatissimas hostias iituit. In templo simulacrum stab aureum iconum. Amiciebat qz quotidie veste: quali ipse vteretur. magisteria sacerdotij ditissimus quisq; et ambitōne: et licitatōne maria vicib; cōparabāt. Hostiae erāt phoenicopteri: pauones: erythrotaoēs: nimidae: meleagrides: phasianae: quae generati p singulos dies imolarebāt. Et noctibus quidē plenam fulgētemq; lunā invitabat assidue in amplexus atq; cōcubitum. interdiu uero cum capitolino ioue secreto fabulabatur: modo insurrans ac praebens invicem aurem: modo clarus nec si ne iurgiis. Nam uox cōminantis audita est.

donec exoratus ut referebat: et in cōtubernium ultro invitatus sup templū diui Augusti ponte trāmisso palatium capitoliumq; coniunxit. mox quo propior effet in area capitolina nouae domus fundamenta iecit.

*Vestib; hanc  
Vestib; mī  
Cōleba*

De eodem et detractōne et saenicia eius contra propinquos. Srippae se nepotē neq; credi: neq; dici ob ignobilitatē eius solebat: succēscbatq; si qui vel oratōne vel carmine imaginib; cū Caesari iisererēt. Praedicabat autē matrē suam ex incesto: quod Augustus cum Julia filia admisisset: pcreatam. Ac nō cōtētus hac Augusti i sectatōne: actiacas sicularsq; victorias vt funestas populo Romano: et calamitosas yetuit solemnibus feriis celebrari. Iuam Augustam pauia Elyrem stolatū identidē appellans ēt ignobilitatis quadam ad senatus epistola arguere ausus est: quasi materno auo decurione fundano ortaz: quū publicis monumentis certum sit aufidiū līgonē Romae honoribus functum. Aiae Antoniae secretum petenti denegauit: nisi vt iterueniret Osacro praefectus: Ac per istiusmodi idignitates et taedia causa extitit mortis dato tamen vt quidam putant: ēt veneno. Nec defunctae ullum honorem habuit: pspexitq; et triclinio ardenter rogum. Fratrem Liberium iopinantem repente imiso tribuno militum iteremit. Syllanū itez sacerū ad necem secandasq; nouacula fauces compulit. Lausatus i vtro qz q; hic īgressum se turbatius mare non esset secutus: ac spe occupandi vrbem si quid sibi p tempestates accideret: remansisset. Ille Antidotum oboluisset: quasi ad praecaunda venena sua sumptum: Quum et Sylla nūs impatientiam nauiae vitasset: et molestiam nauigandi. et Liberius propter assiduam et īgrauescentem tuſsum medicamento vsus esset. Nam successorem imperij Claudiū patruum non nisi in ludibriū reseruauit.

De libidine eius cum omnibus sororibus.

Ulm omib; sororibus suis stupri consuetudinem fecit: plenoq; cōiuio singulas ifra se vicissim collocabat vrore supra cubāte. Ex his Drusillā viciasse virginē praetextatus adhuc creditur. Atq; etiā

## Quartus liber.

in concubitu eius quoddam deprehensus ab aia Antonia apud quam simul educabat. Mox Lucio Cassio longino consulari colocata abduxit. Et i modū iustae vxoris ppalā habuit. Haeredē quoqz bonoz atqz ipē rī aeger istituit. eadē defuncta iusticiū idixit: in quo risisse: lauisse: coenas se cū parētib⁹ aut cōiuge: liberisue capitale fuit: ac moeroris ipatiēs: quū repete noctuqz pfugisset ab vrbe: transcurrissetqz Campaniam Syracu sas petiit: rursusqz inde propere rediit: barba capilloqz promissō: nec vñ qz postea quātiscūqz de rebus: ne pro concione quidem populi aut apud milites nisi per nomē Drusillae deierauit. Reliquas sorores nec cupidi tate tanta nec dignatione dilexit: vt quas saepe exoletis suis pstrauerit: quo facilius eas in causa Aemylij Lepidi condemnauit quasi adulteras: et insidiaꝝ aduersus se consicias: et nec solum chirographa omniū requi sita fraude ac stupro diuulgauit: sed et tres gladios in nece sua praepara tos Mharti vltori addito elogio consccrauit.

### De matrimonii et vxoribus eius.

m Atrimonia contrarerit turpus: an dimiserit: an tenuerit nō ē fa cile discernere. Liuiam Horestillam Laio Pisoni nubentem quū ad officiū et ipse venisset: ad se deduci imperauit: utraqz paucos dies re pudicatam biénio post relegauit: q̄ repetisse usum prioris mariti tempore medio videbat. Alij tradūt adhibitū coenae nuptiali mandasse ad Piso nem contra accumbētem: noli vxorem meā premere: statimqz e coniunio abduxisse cā secū: et proximo die edixisse matrimonium libi repertū exē plo Romuli et Augusti. Loliam Paulinā Caij Mēmij consularis exer citus regentis nuptam facta mentione aiae eius vt quoddam pulcherri me subito ex puincia euocauit: ac pductaz a marito coniunxit sibi: breui qz missam fecit interdicto cuiusquā i perpetuū coitu. Esoniam neqz fa cie insigni neqz actate itegra matremqz iā ex alio viro trium filiarum sed luxuria ac lasciuiae pditae et ardentius et constantius amavit. vt saepe chlamyde peltaqz et galea armatā et iuxta adequitātem militibus ostendit: amicis vero ēt nudam. Quā enīrā vxorio nomine dignatus ē: uno atqz eodem die pfessus et marituz se eius et patrem ifantis ex ea natae. Infantem autē Juliā Drusillam appellatā p omnium dearum tempa cir cūferens Mēneruae gremio imposuit: alendamqz et instituendam com mēdauit. Nec villo firmiore idicio sui seminis esse credebat qz feritatis: quae illi quoqz tanta iam tunc erat: vt ifestis digitis ora et oculos simul ludentium infantum icerret.

### De crudelitate eius cōtra propinquos et caeteros.

I Eue ac frigidum sit his addere quo ppinquos amicosqz pacto tractauerit. Ptolemaeū regis Iubae filium cōsobrinum suū (erat enīz et is. M. Antonij ex Helenae filia nepos) et i primis ipsum M. Macro nē: ipaz Enniā adiutores iperij: quibus omib⁹ p necessitudinis iure p qz meritoꝝ gratia cruenta mors psoluta ē. Nihil reuerentior lenior ue erga senatum: quodam summis honoribus functos ad esedum sibi cur rere togatos per aliquot passuum milia et coenanti modo ad pluteuz mō

## Laius Caligula caesar.

51

ad pedes stare succinctos linteo passus ē. Alios cum clam interemisset citare nibilominus ut viuos perseuerauit paucos post dies uoluntaria morte periisse mentitus. Consulibus oblitis d natali suo edicere abroga uit magistratum: fuitqz p tridui sine summa potestate res publica. Quae storem suū in cōiuratione nominatum flagellauit ueste detracta subiecta qz militū pedibus: quo firme uerberaturi insisterent. Simili supbia uiolentiaqz caeteros tractauit ordines. Inquietatus fremitu gratuita in circo loca de media nocte occupantium omnes fustibus abegit. aelisi qz per eum tumultum uiginti amplius equites Romani: totidem matronae sup inumeram turbam caeterā. Scaenicis ludis iter plebem et eqtem causā discordiaz serens decimas maturius dabat: ut equestres ab ifimo quo qz occuparetur. Gladiatorio munere reductis iterum flagrantissimo sole uelis emitte quēqz uetabat. Remotoqz ordinario apparatu rabidis feris uilissimos senio cōfectos: gladiatores quoqz pegmares: patres familiaz notos sed iſignes debilitate aliqua corporis subiiciebat. Ac nōnqz horreis praeclusis populo famem indixit.

Item de saeuicia et crudelitate eiusdem.

s Aeuiciam ingenij p hec maxime ostendit: quiū ad saginaz feraz muneri praeparataz carius pecudes cōpararētur: ex noriis laniandos adnotauit. et custodiaz seriem recognoscens nullius īspecto elo gio stans rātūmodo itra porticum medium a caluo ad caluum duci ipera uit. Uotū exegit ab eo: qui pro salute sua gladiatoriā operā promiserat: spectauitqz ferro dimicantem nec dimisit nisi uictorem: et post multas preces alteruz qui se peritum ea de causa voverat: cūctatē pueris tradidit verbēlatū infulatūqz: qui uotū reposcentes per uicos agerēt: quoad praecepitaretur ex aggere. Multos honesti ordinis deformatos prius stimatum notis ad metalla et munitiones viarū: aut ad bestias condemnauit: aut bestiaz more quadrupedes cauea coercuit: aut medios serra disse cuit. Nec omnes grauibus ex causis verum male d munere suo opinatos vel qz nunquam per genium suum deierassent: parentes suppicio filioz ī teresse cogebat: quoꝝ uni ualitudinem lexcanti lecticam misit. Alium e spectaculo poenae epulis statī adhibuit: atqz omni comitate ad hilari tatem et iocos puocauit. Luratorem munerum ac uenationum p cōtinuos dies in conspectu suo cathenis verberatū nō prius occidit: qz offēsus putrefacti cerebri odore. Atellanae poetam ob ambigui loci versiculum media amphiteatri arena igni cremauit. Eqtem romanum obiectum feris: quum se innocentem proclamasset: reduxit: abscissaqz lingua rursus induxit.

De saeuicia eius contra suos exules et senatorem.

r Euocatum quēdā a vetere exilio sciscitatus quidnam ibi facere consuesset: respondente eo per adulatōnem deos semper orauit: ut qd euenerit: periret Liberius: et tu iperares: opinans sibi quoqz exules suos mortem iprecari: misit circū insulas: qui vniuersos trucidarēt. Quiū discerpi senatorē concupisset: subornauit qui īgredientem curiam repente

i.i.

## Quartus liber.

hostem publicum appellantes inuaderent: graphisq; cōfossū lacerādū caeteris traderēt. Nec ante faciatus est: q; membra & artus & uiscera hominis tracta p uicos: atq; ante se cōgesta uidisset.

### De Atrocibus dictis eius.

i. **D**maissima facta augebat atrocitate uerboꝝ: nihil magis i natura sua laudare se: ac p bare dicebat: q; ut ipsius uerbo utar: hoc est inuerecūdiā. **M**onēti Antoniae auiaet tāq; pax esset nō obedire: memēto ait: om̄ia mibi in om̄es licere. Trucidaturus fratrem: quem metu uenenoꝝ prae muniri medicamētis suspicabat. Antidotum inquit aduersus Laesarem. Relegatis sororibus nō solū insulas habere se: sed etiam gladios minabatur. Praetorium uirū ex secessu Anticirac: quam valitudinis causa petierat, ppagari sibi cōmeatum saepius desiderantem: quum mandasset interimi: adiecit necessariā esse sanguinis missionem: cui tam diu nō pdesset helleboꝝ. Decimo quoq; die numerū punicendoꝝ ex custodia subscribens rotationem se purgare dicebat. Hallis Hraecisq; aliquot uno tempore cōdemnatis gloriabat gallo graeciam se subegisse.

### De Atrocibus & diris factis eius.

n. **O**n temere i quēquā n̄i crebris & minutis ictibus animaduersti passus est ppetuo notoꝝ iā praecepto ita fieri: ut se mori sentiat. **P**unito p errorem nominis alio: q; quem destinauerat: ipm quoq; paria meruisse dixit. Tragicm illud subinde iactabat: oderint dū metuant. saepe i cūctos pariter senatores: ut Seiani cliētes aut matris: ac fratrū suoꝝ de latores inuectus est: prolati libellis: quos crematos simulauerat. **D**isen saq; Liberii sacuicia quasi necessaria: cum tot criminantibus credendū esset. equestrem ordinem vt scaenae arenaeq; deuotū assidue pscidit. In fensus turbae fauenti aduersus studiū suū exclaimauit: vtinam populus romanus vnam ceruicem haberet. Quīq; tetrinius latro postularetur: et qui postularent tetrinios esse ait. Retarij tuniciati quinq; numero gregis dimicantes sine certamine vlo totidem secutoribus succubuerant: quum occidi uerentur: vnu resumpta fuscina omnes victores interemit: hāc vt crudelissimā caedem et defleuit edicto: et eos qui spectare sustinuerint: execratus est.

### De quaerela eius cōtra suorū temporū foelicitatem.

q. **E**leri ēt palam de cōditōne temporū suorū solebat: q nullis calamitatibus publicis insignirentur. Augusti principatū clade variana Liberij ruina spectaculorū apud fidēnas memorabilē factum sui obliuionem imminere pspéritate rerum. Atq; idētide exercituū cades: famem: pestilentiam: icēdia: biatū aliquē terrae optabat.

### De crudelitate eius ēt i coenis ludis spectaculis et sacrīs.

a. **N**imū quoq; remittenti ludoꝝ et epulis dedito eadem factoz dictozūq; sacuicia aderat. Saepe in conspectu prandētis vel cōmessantis seriae quaestiones per tormenta habebant. Miles decollādi artifex qbuscūq; e custodia capita ēputabat. Puteolis dedicatōe pōtis

# Laius Caligula caesar.

quē ex cogitatū ab eo significauim⁹: quū multos e littore inuitasset ad se: repente omnes praecepit aut: Quosdam gubernacula appraehendētes contis remisq⁹ detrusū in mare. Romae publico epulo seruum ob detrac-  
tam lectis argenteam laminam carnifici confessim tradidit: ut manib⁹  
abscissis: atq⁹ ante pectus e collo pendentibus praecedente titulo: q̄ cau-  
sam poenae idicaret: p̄ coetus epulantū circūduceretur. Asirmilonem  
eludo rudibus secū batuentez & sponte prostratum confodit ferrea sica:  
ac more uictorum cū palma discurrit. Admota altaribus uictima succin-  
tus pompaꝝ habitu elato alte malleo cultrarium mactauit. lautiore cōui-  
uio effusus subito in cachinnos: cōsulibus: qui iuxta cubabant: quidnam  
rideret blande quaerentibus: quid ingt nisi uno meo nūtu iugulari utrū-  
q⁹ uestrum statim posse.

De Appelle p̄ eum flagellato: & aliis gestis eius.

¶ter uarios iocos: quum assistens simulacro Iouis Apellē tra-  
goedum cōsuluisse: uter illi maior uidezetur: cūctantē flagellis  
discidit: collaudans subinde uocem deprecantis: quasi etiam in gemitu  
praedulcem. Quotiens uxoris uel amiculae collum ex oscularetur: adde-  
bat tam bona ceruix simulacruſero: demeſ. Quin & subinde iactabat: ex  
quisitum semel fidiculis de Lesonia sua: eur eam tātopere diligeret.

De malignitate & superbia eius cōtra omnes.

Ec minore liuore ac malignitate: q̄ supbia sacuiciaq⁹ pene ad-  
uersus omne genus hominū graſſatus ē. Statuas uiroy illustrū  
ab Augusto ex capitolina area propter agustias in marciū cāpum colla-  
tas ita subuertit: atq⁹ disiecit: vt restitui ſaluis titulis nō ualuerit. Uetuit  
pothac uiuentium cuiq⁹ usq⁹ ſtatuarū aut imaginem niſi ſe cōſulto et au-  
tore ponī. Logitauit etiam de Homeri carminibus abolendis: cur enim  
ſibi non licere dicens: quod Platoni licuiffet: qui eum e ciuitate: quam  
cōſtituebat: ei ecerit. Sed & Virgilii & Liti Liuui ſcripta & imagines pau-  
lum abſuit: qn ex omnibus bibliothecis amouerit. Quoꝝ alterum ut nul-  
lius ingenij minimaec⁹ doctrinae: alterū vt verbosum in historiā: negli-  
gentemq⁹ carpebat. De iuris quoq⁹ consultis quaſi ſcientiae eoꝝ omni-  
e vſum abolitur⁹ ſaepe iactauit: ſe mehercle effectuꝝ ne qd respōdere pos-  
ſit.

Itē de eodē et de iuidia ei⁹ cōtra om̄es. ſint praeter eū.  
Eterā familiaruz insignia nobilissimo cuiq⁹ ademit: Torquato  
torquē: Lincinato crinē: Ln. Hōpeio stirpis antiquae magnū  
cognomen. Hōtolemaicum de quo rettuli et accersitū e regno: et exceptū  
honorifice nō alia cauſa repente pcusſit: q̄ edente ſe munus ingressuꝝ  
spectacula cōuertifſe hominū oculos fulgore purpureae abollae aiaaduer-  
tit. pulchros et comatos quotiē ſibi occurrirent occipitio raso deturpa-  
bat. Erat e ſuis proculis patre primipilari ob egregiam corporis apli-  
tudinem et ſpeciem coloſſos dictus. Hunc e ſpectaculis detractum repē-  
te et i arenam deductum thraci: et mor oplomacho comparauit: bisq⁹  
victorem conſtrigi ſine mora iuſſit: et pannis obsitum vicatim circū-  
duci: ac mulieribus ostendi: deinde iugulari. Nullus deniq⁹ tam abie-

## Quartus liber.

ctae cōditōnis: tāquā extremae sortis fuit: cuius nō cōmodis obtrecta-  
ret. Nemorē regi q̄ multos iam annos potiretur sacerdotio: validiorē  
aduersariū subornauit. quū quodā die muneris esclario porio ob-  
ram pugnā seruū suū manumittenti studiosius plausum esset: ita se proxi-  
mitate spectaculis: vt calcata lacinia togae praeceps per gradus iret indi-  
gnabundus et clamitans dñm gētū populū ex re leuissima plus honoris  
gladiatori tribuentem qz consecratis principibus aut praesenti sibi.

De luxuria et libidine eiusdem.

p Eldiciciae neqz suae: neqz alienae pepercit. Marcum Lepidum  
M. nestorē pantomimū quosdā obsides dilexisse fert commercio mutui stupri. Galerius Latulus cōsulari familia uiuenis stupratum a-  
sc: ac latera sibi cōtubernio eius defessa ē vociferatus ē. Super sororu-  
incesta et notissimū prostitutae Hirallidis amore non temere vlla illu-  
striore foemina abstinuit: quas plaerūqz cum maritis ad coenam voca-  
tas præterqz pedes suos træscētes diligenter ac lente mercatiū more cō-  
siderabat: ē faciē manu alleuās: si quae pudore summitteret. Quoties d-  
ide libuisset egressus triclinio: quū maxime placitā seu casset: paulo post  
recētibus adhuc lasciuiae notis reuersus vel laudabat palā vel ritupera-  
bat: singula numerā bona malaue corporis atqz cōcubitus. Quibusdā  
absentii maritoz noīe repudiu īpē misit: iussitqz in acta referri.

De luxuria eiusdē i coenis: balneis: aedificiis: et aliis operibus.

n Epotinis sumptibus omium pdigoz igania superauit: cōmen-  
tus nouū balneaz vñz: portētosissima genera ciboz atqz coena-  
rū: vt calidis frigidisqz vnguentis lauaretur: ptiosissimas margaritas a-  
ceto liquefactas sorbozet: cōuiuīs et auro panes et obsonia apponere:  
aut frugi boiem esse oportere dictitans aut Laesare. Qui et nūmos non  
mediocris summae e fastigio basilicaeJuliae p aliquot dies sparsit i ple-  
bē. Fabricauit et de cedris liburnicas gēmatis puppibus versicoloribus  
velis: magna thermarū et porticū et tricliniorū laxitate: magnaqz ē vi-  
tiū et pomiferarū arborū varietate: quibus discubens de die iter choros  
ac symphonias littoza campaniae peragraret. In extructōibus praetor-  
iorū atqz villarū omī rōne posthabita nihil tā efficere concupiscebait qz  
qd posse effici negaret. Et iactae itaqz moles ifestio ac p fundo mari. et  
excise rupes durissimi silicis: et campi mōtibus aggere aequati: et cōpla-  
nata fossuris montiū iuga: icredibili qdem celeritate quim more culpa,  
capite fueretur. Ac ne singula enumerē: imensas opes tōrumqz illud Ti-  
berij Laesaris vices ac septies milies sc̄stertiū non toto vertente an-  
no absumpsit.

De rapinis et extorsionibus eiusdem.

e Xhaustis igitur atqz egens ad rapinas cōuertit animū vario et  
exquisitissimo calumniarū: et auctōnū: et vectigaliū genere. Ne  
gabat iure cīnitatē romanam usurpare eos: quorū maiores sibi posteris  
qz cā ipetrassent: nisi filij essent: neqz enim itelligi debere posteros ultra  
hunc gradum: prolataqz diuorum Julij et Augusti diplomata ut vetera

3 /  
27 000

25 13 500  
72 /  
8 05 000

# Laius Caligula caesar.

et obsoleta deslebat. Arguebat et pperam editos cēsus : quibus postea quacūqz de causa quicqz incrementi accessisset. Testamēta primipilarū qui ab initio principatus Liberij neqz illū neqz se haeredem reliquissent : ut ingrata rescidit. Item caeteroz ut irrita et vana : quoscūqz gs diceret haerede Laesare mori dstinasse. Quo metu inecto quum iam et ab ignotis iter familiares : et a parētibns iter liberos palam haeres nūcuparet : derisores uocabat : qz post nuncupationem uiuere perseverarēt : et multis uenenatas macteas misit. Egnoscebat autem de talibus causis taxato pri⁹ mō summae : ad quem conficiendum cōsideret. confecto demum ex citabatur : ac ne paululum quidem morae patiens super quadraginta reos quōdam ex diuersis criminibus una sententia condemnauit . gloriatus qz est ex pergefactae somno Esoniae quantum egisset : dum ea meridiaret. Auctione proposita reliquias omnium spectaculorum subiecit et uenitauit exquirens per se precia : et usqz eo extendens : ut quidam immenso coacti quaedam emere ac bonis exuti uenas sibi incidenter . Nota res est Aponio Saturnino iter subsellia dormitante monitū a Lao p̄ae conem : ne praetorium virum crebro capitis motu nutantem sibi praeteriret : nec dicendi finem factum : quoad tredecim gladiatores sestertiū nonages ignorantī addicerentur.

Item de eodem et de turpibus lucris eius.  
¶ gallia quoqz quim damnataz soroz ornamēta et supellectilē et seruos atqz etiam libertos immensis pretiis uendidisset : innatus lucro quicqz instrumenti ueteris aulae erat : ab vrbe repetiit : com-prahēsis ad deportandum meritoriiis quoqz vihiculis : et pistrinēsibus iumentis : adeo ut et panis Romae saepe deficeret : et litigatorum plae- qz qz occurrere absentes ad uadimonium non possent : causa caderēt , cui instrumento distraendo nihil nō fraudis ac lenociniū adhibuit : modo auariciae singulos increpans : et qz non puderet eos locupletiores esse qz se : modo poenitentiam simulans : qz principalium rex priuatis copiam faceret . Compererat puinciale locupletem ducēta sestertia numerasse uocatoribus : ut per falaciam coniuicio interponeretur : nec tulerāt moleste tā magno aestimari honorem coenae sua. huic postero die sedenti in auctiōne misit : qui nescio quid friuoli ducentis milib⁹ traderet : diceretqz coenatiū apud Laesarem uocatu ipsius .

De nomis uectigalibus et tributis et sordidis quaestibus.

¶ Ectigalia noua atqz inaudita primū p publicanos deinde quia lucrum exuberabat p centuriones tribunosqz praetorianos exer-cuit : nullo rex aut hominum genere omisso : cui non tributi aliquid imponeret . p edulūs : quae tota urbe uenirent : certum statutūqz exigebatur . p litibus atqz iudiciis ubiqz conceptis quadragesima summae de qua litigaretur nec sine poena : si quis composuisse uel donasse negotium cōnseretur : ex gerulorum diurnis quaestibus pars octaua . ex capturis p̄stū tutarum quātum quaeqz uno concubitu mereret . Additumqz ad caput legis ut teneret publico et quae meretriciū : et quae lenociniū fecisset : nec

i.iiij

Edi. xviij  
mij 53  
edi. xviij  
142  
nr 202  
dr. Anna

Cœur plus clé

## Quartus liber.

non et matrimonia obnoxia essent.

Item de eodem.

e Jusmodi uestigalibus indictis neq; propositis: quum p ignoratiā scripturae multa commissa fierent: tandem flagitate populo proposuit quidem legem: sed et minutissimis litteris et angustissimo loco: uti ne cui describere liceret. Ac ne quod non manubiarum genus expediretur: lupanar in palatio constituit. Destructisq; et instructis pro loci dignitate compluribus cellis: in quibus matronae ingenuiq; starent. Adiit circu foras et basilicas nomenculatores ad inuitados ad libidinem iuuenes se nesq;: praebita aduentibus pecunia foenebris: appositiq; qui nomina palam subnotarent quasi adiuuantium Laesaris redditus. Ac ne ex lusu quidem altae compedium spernens plus medacio atq; etiam periurio lucrabatur. Et quodam primo collusori demandata uice sua progressus in atrium domus: quum praeterentes duos egates romanos locupletes si ne mora corripi confiscariq; iussisset: exultans rediit gloriansq; nunquam se prosperiore alea usum.

De dote, p nata filia et strenis per eū petitis et receptis.

f Ilia uero nata paupertatem nec iam imperatoria modo: sed et patria conquerens onera/collationes in alimoniam atq; dotem pueriae recepit: edixit et strenas in eunte anno se recepturū: stetitq; in vestibulo aedii a kalendis Januarij ad captandas stipes quas plenis ante eū manibus ac sinu omis generis turba fundebat. Nouissime cōrectandae pecuniae cupidine iensus: saepe super imensos aureoꝝ aceruos patentissimo diffusos loco: et nudis pedibus spaciatus et toto corpore aliquādīn De expeditōne eius germanica. volutatus ē.

m Igitur resq; bellicas semel attigit neq; ex destinato sed quum ad visendū nemus flumēq; clitumni Adseuaniam pcessisset ad monitus de supplendo numero batauoꝝ: quos circa se habebat: expediti onis germanicae ipetū cepit: neq; distulit: sed legionibus et auxiliis vndiq; excitis: delectibus vndiq; acerbissime actis contracto et omnis generis cōmeatu: quātū nūquā āte iter igressus ē: cōfecitq; mōtā festināter et rapide: vt praetorianae cohortes cōtra morē signa iumētis iponere: et ita subseq; cogereb̄. iterdū adeo segniter et dlicate vt octophoro veheret: atq; a ppiquaꝝ viriū plebe verri sibi vias et cōspgi ppter puluerē exigeret.

De gestis per eum in castris.

p Ostiā castra attigit ut se acrē et seuerū ducē ostēderet: legatos qui auxilia serius ex diuersis locis adduxerant: cum ignominia dimisit. At in exercitu recensendo plaeſisq; cēturonū maturis iam: et nō nullis ante paucissimos qz cōsumaturi essent dies primos pilos ademit: causatus seniū cuiusque et ibecilitatē: caeteroꝝ increpita cupiditate cōmoda emeritae militiae ad sexcētoꝝ milium summam r̄scidit. Nihil autem amplius qz Adminiocino Bellini britanorum regis filio: qui pulsus a patre cum erigua manu transfugerat in deditiōnem recepto: quasi uniuersa tradita insula magnificas romam litteras misit: monitis saepe la-

## Lains Caligula caesar.

coribus ut vehiculo ad forū usq; et curiam pertéderent:nec nisi in aede  
Martis: ac frequente senatu cōsulibus traderent:

De eodem et de silua per eum truncata et militibus  
donatis et aliis gestis eius.

**m** Or deficiente belli materia paucos de custodia germanos traxi  
ci oculiq; trans Rhēnū iussit.ac sibi post prandiu q̄z tumultuosiss  
sime adesse hostē nūcīari.Quo facto p̄cipuit se cum amicis et parte eq  
tū praetorianoz i primā siluam:trūcatisq; arboribus et in modum tro  
phaeorū adornatis ad lumina reuersus eoz quidem qui secuti nō essent:  
timiditatē et ignauiam corripuit . comites aut et participes victoriae no  
uo genere ac noīe coronaz donauit:quas distinctas solis ac lunaē syde  
rumq; specie exploratorias appellauit.Rursus obsides quosdam abdu  
ctos e litterario ludo clamq; p̄aemissos deserto repēte conuiuio cū equi  
tatu isecutus veluti pfugos ac reprachensos i catenis reduxit. In hoc  
quoq; nimio praeter modū intēperans repetita coena renunciantes coa  
ctum agmen sicut erant loricatoros ad discubendum adhortatus est. Mo  
nuit ēt notissimo Virgilij versu: durarent secūdisq; se rebus seruarent.  
Atq; inter haec absentem senatū populūq; grauissimo obiurgauit edic  
to: q̄ Laesare p̄aeliante et tātis discriminibus obiecto itēpestiua conui  
via:circū:et theatra:et amoenos secessus celebrarent.

De apparatu exercitus cōtra oceanum et gestis aliis eius.

**p** Ostremo quasi ppetraturus bellū directa acie in littore oceanū  
ac balistis machinisq; dispositis nemine gnaro ac opinante qd  
nam coepturnus esset:repente ut cōchas legerent:galeasq; et sinus reple  
rent iperanit:spolia oceanī vocans capitolio palatioq; debita. Et i indi  
cium victoriae altissimam turre excitauit:ex qua vt Pharo noctibus ad  
regendos nauū cursus ignes emicarent: p̄nunciatoq; militi donatiuo  
centenis viritim denariis:quasi omne exēplū liberalitatis supergressus  
abite inquit laeti:abite locupletes.

De cura triumphi et aliis gestis eius.

**c** Quuersus hinc ad curam triūphi praeter captiuos ac trāssugas  
barbaros galliaz quoq; p̄cerissimū quēq;:et vt ipse dicebat.

:ac nōnullos ex p̄cipib; legit:ac se posu  
it ad pompam:coegitq; nō tantū rutilare et summittere comam : sed et  
sermonē germanicū addiscere:et nomia barbarica ferre. Pracecepit etiā  
triremes:quibus introterat oceanū magna ex parte itinere terrestri Ro  
mam deuehi. Scripsit et p̄curatoribus triūphū apparent q̄zminima  
summa :sed quantus nūquā aliis fuisset: quando in omnium hominū  
bona ius haberent.

De Nefario consilio trucidandi legiones.

**p** Rius q̄z prouincia decederet:consilium inuit nefandaē atrocita  
tis legiones:quae post excessu Augusti seditionē olim monerāt:  
contrucidandi : q̄ et patrem suum Hermanicum ducem : et se infantem  
tūc obſedissent:virq; a tam p̄aincipiti cogitatōne reuocatus inhiberi nul

## Quartus liber.

lo potuit modo: quin decimare velle perseveraret. Vocatos itaqz ad concionē inermes atqz ēt gladiis dispositis equitatu armato circūcedidit. **S**z quū videret suspecta re plaeosqz dilabi ad resumēda: siqua viſ fieret: arma: pfugit concionē: cōfestimqz vrbē periit deflexa omni acerbitate ī se natū: cui aiaduertēdos tātoꝝ dedecoz rumores palā minabat: querēs in ter caetera fraudatū se iusto triumpho: quū ipse pauloante nequid d̄ bonoribus suis agere: ēt sub mortis poena denunciasset.

**D**e reditu eius ad vrbē et de malo pposito et venenis repertis.

**S** Ditus ergo ī itinere a legatis ap̄lissimi ordinis vt maturaret oratibus qz marima voce veniā: iquit: veniā: et hic mecum capulū gladij crebro verberas: quo cinctus erat: edixit et reuerti se: sed his tātu: q optarent: equestri ordini et populo. Nam se neqz ciuem neqz prīcipē senatus amplius fore. Eletuit ēt quēquā senatoꝝ sibi occurrere: atqz omisso vlt dilato triumpho ouans vrbē natali suo ingressus est. Intraqz quartū mēsem periit ingentia facinora ausus et aliquanto maiora moliens. Si qui dem pposuerat Antium deinde Alexandria cōmigrare iterempsio prius utriusqz ordinis electissimo quoqz. quod ne cui dubium videatur in secretis eius reperti sunt duo libelli diuerso titulo: alteri gladius: alteri pugio idex erat: Ambo notas et nomina continebant morti destinatorū. Inuenta et arca īgens variorum venenorū plena: quibus mox a Claudio demersis infecta maria traduntur non sine piscium exitio: quos encatos aestus in proxima littora eiecit.

**D**e statura corporis et ualitudine eius.

**S** Tatura fuit eminēti: palido colore: corpore enormi: gracilitate maxima cervicis et crurū: et oculis et temporibus cōcauis: fronte lata et torua: capillo raro: ac circa verticem nullo: hirsutus caetera. Quare trāsciente eo pspicere ex superiore parte: aut omnino quacūqz de causa caprā nomiare criminosuz et exitiale habebat. Uultū vero natura horridum ac tetrū ēt ex industria efferebat componens ad speculū in omnem terrorē ac formidinem. Ualitudo ei neqz corporis neqz animi constitit. Puer comitali morbo vexatus. In adolescentia ita patiens laboꝝ erat: vt tamen nōnūqz subita defectione gradi: stare: colligere semet: ac sufferre vix posset. Mētis ualitudinē et ipse senserat: ac subinde de secessu: de qz purgando cerebro cogitauit. Ereditur potionatus a Lesonia yrore a matorio quidem medicamento: sed quod in furorem verterit. Incitabatur ī somnio maxime. neqz enim plusquā tribus nocturnis horis quiescebat: ac ne is quidem placida quiete: sed pauida miris rerum imaginibꝝ: vt qui īter caeteras: pelagi quōdam spēm colloquentem secum videre vīsus sit. Ideoꝝ magna parte noctis vigiliae cubandiqz taedio: nunc tho-ro residens: nūc p longissimas porticus vagus inuocare identidem atqz expectare lucem consueuerat.

**I**tē de ualitudine mentis et contēptu deoꝝ et aliis gestis eius.

**N** On ī merito mētis ualitudini attribuerim diuersissima ī codem uitia summā confidentiaz et cōtra nimium metū. Nam qui deos

## Laius Caligula caesar.

tantope cōtemneret: ad minima tonitrua & fulgura cōniuere caput obuol uere. Ad uero maiora p̄cipere se e strato sub lectūqz cōdere solebat. Ide regrinatōe quidē siciliensi irrisis multoꝝ locoꝝ miraculis repete a M̄es sana noctu p̄fugit: aetnaei verticis fumo ac murmure pauefactus. Aauer sus barbaros quoqz minacissimus: quum trans Rhenu inter angustias densumqz agmē iter effedo faceret: dicente quodam non mediocrem fo re cōlternationē sicūde hostis appareat: equum illico cōscēdit: ac p̄pere verlus ad pontes: ut eos calonibus & impedimētis stipatos repperit: ipa tīes morae per manus ac sup capita hominum translatus est. Vox etiaꝫ audita rebellionē germaniae fugā et subsidia fugae classes apparabat: v no solatio aquiescens trāsmarinas sibi sup futuras p̄uincias: si uictores alpium iuga ut cimbri: uel etiam urbē: ut senones quōdam: occuparent: n̄ de credo p̄cussoribus eius postea consilium natum apud tumultuātes mī lites ementiendi ipsum sibi manus intulisse nūcio malae pugnae p̄territū.

*De uestibus & caetero habitu eius.*

Estiu calciatiuqz & caetero habitu neqz patrio neqz ciuili: ac ne virili qdem: ac dñiqz nō huāno semper v̄sus est. Saepe depictas gematasqz indutus penulas: manuleatus & armillatus in publicum p̄ces sit: aliquando sericatus & cycladatus: ac modo in crepidis uel cotburnis: modo i speculatoria caliga: nōnūqz socco muliebri. Plerūqz uero aurea barba fulmē tenēs: aut fuscinam: aut caduceuꝫ deoꝝ insignia: atqz etiam Generis cultu conspectus est. Triumphalem quidem ornatum etiam ante expeditionem assidue gestauit. Interdum & magni Alexandri thoracem repetitum e conditorio eius.

*De eloquētia eius & arte oratoria.*

Ex disciplinis liberalibus minimum eruditio: eloquētiae plurimū attendit: quantumuis faciūdus & promptus utiqz si porandum in aliquem esset irato & verba & sententiae supp̄petebāt. Pronūciatio quoqz et vox ut neqz eodē loci p̄ae ardore cōsisteret: & exaudiretur a procul stāti bus. Heroraturus stricturum sē lucubrationis suaē taelū minabatur. Le nius comptiusqz scribēdi genus adeo cōtemnens: ut Senecam tum maxime placētem commisiones meras componere: & arenam esse sine calce diceeret. Solebat etiam prosperis oratoꝝ actionibus rescribere: & magnoꝫ i senatu reoꝝ accusationes defensionesqz meditari. Ac prout stilus cesserat uel oncrare sententia sua quēqz: uel subleuare: equestri quoqz ordine ad audiēdum inuitato p̄edicta.

*De arte cantandi saltandi & aurigandi.*

Et & alioꝫ genēz artes studiosime & diuersissimas exercuit. Thraꝫ & Auriga: et idē cantor atqz saltator batuebat pugnatoriis armis. Aurigabat ex recto plurifariam circo canemdi: ac saltandi uoluptate ita efferebatur: ut ne publicis quidem spectaculis temperaret: quo minus & tragœdo pronūcianti concineret: et gestum histrionis quasi laudans uel corrīgens palam effingeret: nec alia de causa uideretur eo die quo periit puigilium indixisse: qz ut initium in scaenam prodeundi licētia tēporis au

*Calig.*

## Quartus liber.

spicaretur. Saltabat autem non unquam etiam noctu: et quodam tres cōstalares secunda uigilia in palatum accitos multaqz et extrema metuētes sup pulpitum collocauit: deinde repete magno tibiaz et scabelloz crepitu cū palla tunicaqz talari p̄siluit: ac desaltato cantico abiut: atqz hic rāz do cilis ad caetera natare nesciit.

De studio ei⁹ et fauore ad plandentes: et odio ad ipediētes.

q. Ego uero studio teneret: omib⁹ ad insaniam fuit. M. nestorē pantomimuz etiam inter spectacula osculabatur: ac sigs saltate eo uel leuiter obſtreperet: detrahi iuſſum manu sua flagellabat. Egri Ro mano tumultuati p̄ cēturionem denūciavit: ut abiret sine mora hostiā: p̄ferretqz ad Iſtolemaeum regē in mauritanā codicilos suos. Quoꝝ exē pluz erat: ei quem iſtuc misi: neqz boni quicqz neqz mali feceris. Thraces quosdam germanis corporis custodibus p̄aeposuit. M. Sirmilonū armaturas rescidit. Columbo uictori leuiter tamē saucio uenenum in plagam addidit. quod ex eo columbinum appellauit. Sic certe iter alia uenena scriptū ab eo reptum est. Iſrasinae factioni ita addictus et dedit⁹: ut coenaret i stabulo assidue et maneret. Agitatori cythico comediatōe quadā i apophoretis uicies festeriū cōculit. Incitato equo: cui⁹ causa pridie circēses ne ingetaretur: uicimae silentium p̄ milites indicere solebat: praeter equum marmoreū et praesepe eburneum: praeterqz purpera tegumēta ac monile e gēmis: domū etiam et familiā et suppellecīlē dedit: quo lautiū nomine eius iuitati acciperet. cōſulatū quoqz traditur destinasse.

De cōiuratione et cōſpiratione cōtra eum facta.

i. La bacchātem atqz graffantem nō defuit plaerisqz animus adoriri. Sed una et altera cōſpiratione detecta: Aliis p̄ inopiam occasiōis cūctātib⁹ duo cōſilii cōmunicauerūt: p̄ficerūtqz: nō sine cōſciētia potētissimoꝝ libertoꝝ praefectorūqz praetorii: q̄ ipi quoqz r̄si falſo i qdā cōiuratōe quasi particeps noīati: suspectos tamē se et iuisos sentiebant. Nam et statim seductis magna fecit inuidiam: deſtricto gladio affirmās spōte se piturum: si et illis morte dignus uideretur. Nec ceſſauit ex eo criminari alteꝝ alteri: atqz inter se omnes cōmittere. Quum placuisse palatinis ludi ſpectaculo egressum meridie aggredi: primas ſibi ptes Laiſ ſuis Lbaerea tribun⁹ cohortis praetoriae depoposuit: quem Laius ſeniorēm iaz et mollem et effoeminatum denotare omni pbro cōſuerat. et modo ſignum petēti priapum aut venerem dare: modo ex aliqua cauſa agēti gratias osculandam manum offerre: formata mōtōtamqz i obſcoenum modum.

f. Uturae caedis multa prodigia extiterūt: olympiae ſimulacruꝝ iouis: quod diſſolui tranſſeriqz Romā placuerat: tātū cachinum repete edidit: ut machinis labefactis opifices diffugerint. Supuenitqz illico qdā Laius quoqz noīe viſum ſe ſomnio affirmans imolare tauruz Joui. Capitoliū Capuae idibus Martiis de caelo tactum ē: Item Romae cella palatina atrēſis. Nec defuerūt qui coniectarent altero ostento p̄iculū a custodibus domino portendi: altero caedem rursus insignem:

## Lains Caligula caesar.

qualis eodē die facta quōdā fuisset. Lōsulēti quoqz de genitura sua Sul la mathematicus certissimā necē appropiquare affirmauit. Nonuerunt et fortunae ātiatinae vt a Lassio caueret: qua causa ille Lassium lōginum asiae tū p̄cōsulem occidēdū delegauerat imēor Lhaream Lassiu no minari. P̄ridie qz periret: somniauit consistere se in caelo iuxta solium Iouis impulsu[m]qz ab eo dextri pedis police et i terras p̄aecipitatum. Prodigiōz loco habita sunt ēt: quae forte illo ipso die paulo prius acciderant. sacrificans respersus ē Phoenicopteri sanguine. Et Pantomi mus. As. nestor tragœdiā saltauit: quam olim Neoptolemus tragœdus ludis quibus rex Macedonū Philippus occisus est: egerat. Et i laure olo mīmo: i quo actor p̄ripiens se ruina sanguinē vomit: vt plures secundarū certatim experimentū artis darent: crux scaena abundauit. Parabatur et in noctē spectaculū: quo argumenta inferorū per aegyptios et aethiopes explicarentur.

### De Laede et morte eius:

**n**ono kalendas februarij hora quasi septima cūctatus an ad p̄ā diū surgeret marcescente adhuc stomacho p̄idiani cibi oncre: tandem suadentibus amicis egressus ē. Quum i crypta per quam transeundum erat pueri nobiles ex asia ad edendas i scaena operas euocati p̄ac pararent: vt eos inspiceret: hortaretqz: restitit: ac nisi princeps gregis algere se diceret: redire ac repraesentare spectaculū voluit. Duplex dehic fama ē: alij tradunt alloquenti pueros a tergo Lhaream ceruicem gladio caesim grauiter percussisse praemissa voce: hoc age: dehinc Cornelii sabinū alterū e coniuratis tribunū exaduersotraiecisse pectus: alij sabinū summota per consicos centuriones turba signum more militiae petisse: et Laius iouem dante Lhaream exclamasse accipe ratum: respicie tiqz marillam ictu discidisse: iacentem contractisqz membris clamitatē se viuere caeteri vulneribus triginta confecerūt. Nam signum erat omnium repeate. Quidam etiam per obscoena ferrum adegerunt. Ad primū tumultum lecticarij cum asseribus in auxiliu; accurrerunt. Mor gerini corporis custodes ac nōnullos ex percussoribus: quosdam ēt senatores innoxios interemerunt.

**D**e funere Laii et morte vxoris et filiae eius.  
**v**ixit annis. xxviii. iperauit triēnio et decem mēsibus diebusqz octo: cadauer eius clam i hortos lamianos asportatū: et tumul tuario rogo semiābuslum leui cespite obruptū ē. Postea per sorores ab exilio reuersas erutū et sepultum crematumqz. Satis cōstat priusquā id fieret: hortoz custodes vmbbris iquietatos. In ea quoqz domo in qua occubuerit nullam noctem sine aliquo terrore transactaz: donec ipsa dominus incēdio consumpta sit. Periit vna et vxor Lesonia gladio a centurione confossa: et filia parieti illisa.

**D**e gestis per senatum post mortem eius.  
**c**onditōem tēporum illorum ēt p̄ haec aestimare quiuis possit. Nā neqz caede vulgata statī creditū ē. fuitqz suspicio ab ipo La

## Quintus liber.

io famā caedis simulatā et emissam: ut eo pacto erga se hominū mētes de  
phēderet: neqz cōurati cuiquā iperiū destinauerūt. Et senatus i afferēda  
libertate adeo cōsensit: ut consules primo nō in curiam: qz Julia voca  
tur: sed in capitoliū cōnocarēt. Quidam vero sententiae loco abolendam  
Læsarū memorīā ac diruenda tēpla censuerūt. Obseruatū aut̄ notatum  
qz ē i primis Læsares omēs: quibus Laij prænomē fuit: ferro perisse:  
iam inde abeo: qui cinnanis temporib⁹ sit occisus.

L A J J S G E L D O R J J Z I R A I A Q E J Z Z J

Z J B E R Q U J N Z G S J N E J P J Z .

D J V U S L Z A V D J U S L A E S A R .

De Patre Claudi⁹ et gestis eius.

A T R E D S L L A V D J J L A E s a r i s Dru  
sum oī decimū mor Neronem prænomine Luia  
quū Augusto grauida nupsisset: itra mensē tertius  
peperit: fuitqz suspicio ex Elitrico p adulterij con  
suetudinē pcreatū: statī certe vulgatus ē versus.

Dux rhēm  
helli zactri

Is Drusus in quaesturae præituraeqz honore dux  
rhetici deinde germanici belli oceanum septētrionalē primus romanorū  
ducū namigauit: transqz rhēnū fossas noui et imensi operis effecit: quae  
nūc adhuc drusinae vocāt. Hostē et frequēter caesuz: ac penitus i itimas  
solitudines actū non prius destitit insequi: qz species barbarae mulieris  
humana āplior victorē tendere ultra sermone latino pribusisset. Quas  
ob res ouādi ius: et triumphalia ornamēta pcepit. Ac post præturam cō  
festi inito consulatu: atqz expeditōne repetita supremū diem morbo obi  
it i aestiuis castris quae ex eo appellata sunt scelerata. Corpus eius p mu  
nicipiorū coloniarūqz primores suscipientibus obuiis scribarū decuriis  
ad vrbē delectū: sepultumqz est in martio campo. Laeterū exercitus ho  
norariū ei tumulū excitauit: circa quē deinceps statio die quotānis miles  
decurreret: galliasqz ciuitates publice supplicarent. Praeterea senatus i  
ter alia cōplura marmoreū arcū cū trophyis via appia dcreuit: et germa  
nici cognomen ipsi posterisqz eius. Fuisse autem credit̄ non minus glo  
riosi qz ciuilis animi. Nam ex hoste super victorias opima quoqz spolia  
captasse: summoqz saepius discrimine duces germanorū tota acie insecta  
tus: nec dissimulasse vñquā pristinū se reip. statū quā docūqz posset restitu  
turū. Unde existimo nōnullos tradere ausos suspectū eum Augusto: reuo  
catumqz ex prouincia: et quia cunctaret̄ interēptū veneno. Quod equidē  
magis ne prætermitterem: rettuli: qz quia verum aut verisimile putem.  
Quum Augustus tantopere et viuū dixerit vt cohaeredē semper filius  
instituerit: sicut quōdam i senatu professus est: et defunctum ita pro con

## Claudius Caesar.

cione laudauerit: ut deos precatus sit: similes ei Caesares suos facerent: sibiqz tam honestū qñqz exitū darent: qz illi dissident: nec cōtētus elogium tumulo eius versibus compositis a se exculpsisse: etiam vitae memoriam prosa oratione cōposuit. Ex Antonia minore cōplures quidem liberos tulit: uerum tres omnino religit: Hermanicum: Liuillam: Claudium.

De nativitate Claudiū t eius infancia.

**C**laudiū natus est Julio Antonio: Sabio Africano cōsulib⁹ kālē dis augusti lugduni eo ipso die: quo primū ara ibi augusto dedicata est. Appellatusqz Tiberius Claudius drusus: mox fratre maiore i Liuillam familiam adoptato: Hermanici cognomen assumpsit. Infans autem relictus a patre: ac p omne fere pueritiae atqz adolescentiae tempus variis t tenacibus morbis cōflictatus ē: adeo ut aīo simul t corpore hebetato ne pgressa quidem aetate vlli publico priuatoqz muneri habilis ex stimaretur. Diu etiam atqz post tutelam receptam alieni arbitrij: t sub pedagogo fuit: quez barbarum et olim sup iumentarium ex idustria sibi ap positum: ut se quibuscunqz de causis qz saeuissime coiceret: ipē quodam libello cōqueritur. Ob hanc eandem ualitudinem t gladiatorio munere: quod simul cū fratre memoriae patris edebat: palliolatus nouo more praeedit. t togae uirlis die circa mediam noctem sine solēni officio lectica in capitolium latus est.

De opera eius circa liberales disciplinas.

**I**sciplinis tamen liberalibus ab aetate prima nō mediorem operam dedit: ac saepe experientia cuiusqz etiā publicauit: uerū nec sicdem quicqz dignitatis assiqui: aut spē d se cōmodiore i posterū face re potuit. Adater Antonia portentum eum hominis dictabat: nec ab solutum a natura: sed tantum inchoatum: ac si quē socordiae argueret stultiorem aiebat filio suo Claudio: Uria Augusta pro despectissimo semper habuit: non affari nisi rarissime: nō monere nisi acerbo t breui scripto: aut per internūcios solita. Soror Liuilla quum audisset quandoqz imperaturum: tam iniquam tam indignam sortem populi romani palam t clare detestata est. Nam t auūculus maior Augustus quid de eo i utrāqz pte opinatus sit: quo certius cognoscet: capita ex ipsius epistolis posui.

Epistole Augusti ad Liuiam de testimonio Claudiū.

**O**locutus sum cum Tiberio ut mādasti mea Liuia: quid nepotū tuo Tiberio faciendum esset ludis marcialibus. Consentit autē interqz nostrum semel nobis esse statuendū quod cōsiliū in illo sequamur: Nam si est artius: ut ita dicam rōnū quid est quod dubitamus: qn per eosdem articulos et gradus pducēdus sit: per quos frater eius perductus sit. Sin autem nos articulos rōnū sentimus eum etiam

posse arbitremur cū gerere honores nec ne.

k.i.

liberig claudij drus⁹

Nero claudij

## Quintus liber.

In praesentia tamē qbus de rebus cōsulis curare eum ludis martialibns  
tricliniū sacerdotū n̄ displicer nobis. si ē pastur⁹ se ab Siluani filio hoīe  
sibi affini admoneri ne qd faciat: quod cōspici ⁊ derideri possit: spectare  
eum circa circenses ex puluinari non placet nobis. Expositus enī i pria  
fronre spectaculorum conspicietur. In albanum montem ire eū nō placet  
nobis: aut esse Romae latinarum diebus. Cur enim non p̄aefucit urbi si  
potest fratrem suum sequi in montem. Habes nostras mea Livia senten-  
tias: quibus placet semel de tota re aliqd cōstitui: ne semper inter spem  
et metum fluctuemus. Licebit autē: si hōles. Antoniae quoqz nostrae des  
hanc ptem epistolae huius legendam: rursus alteris litteris Liberū ado-  
lescente⁹ ego uero dum tu aberis quotidie inuitabo ad coenam: ne solus  
coenet cum suo Bulpitio ⁊ Athenodoro: qui uellem diligentius ⁊ minus  
deligeret sibi aliquem: cuius motū ⁊ habitum ⁊ incessum  
imitaretur misellus

: ubi non aberrauit eius animus satis apparet: Item tertius litteris Liberium nepotem tuū placere mihi  
declamantem potuisse: peam nisi mea Livia admiror. Nam qui tam  
loquatur: qui possit quim declamat dicere: quae di-  
cenda sunt: non video. Nec dubium est quid post haec Augustus consti-  
tuerit: ⁊ reliquerit eum nullo praeter auguralis sacerdotii honore impar-  
titum: ac ne haeredem quidē nisi inter tertios ac pene extraneos: ⁊ parte  
sexta nuncuparet legatoqz nō ap̄lius qz octingentoqz sestertioqz p̄secutus.

De honore consulatus eidē per Liberū negato ⁊ secessu eius.

Iberius patruus petenti honores cōsularia ornamenta dūlit: s̄ instantius legitimos flagitanti id solum codicillis rescripsit qua-  
draginta aureos i saturnalia ⁊ sigillaria misisse ei. Tūc demū abiecta spe  
dignitatis adotum cōcessit modo in hortis ⁊ suburbanō: modo domo:  
modo i cāpaniae secessu delitescēs: atqz ex cōtubernio sordidissimoqz ho-  
minū super ueterem segniciæ notā ebrietatis ⁊ aleae quoqz ifamia subiit.

De Gratia ⁊ fauore eius apud homines.

Um iterum qzqz hoc modo agenti nunqz aut officium hominū  
aut reverentia publica defuit. Equester ordo bis patronum eum  
pferendae p se legationis elegit: Senel quim deportandum Romanum  
corpus Augusti humeris suis a cōsulibus exposcerent: Iterum quim op-  
pressum Seianum apud eosdem gratularentur. Qui ⁊ spectaculis adue-  
niēti assurgere: ⁊ lacernas deponere solebat. Senatus quoqz ut ad nume-  
rum sodalium Augustalium sorte ductorum extra ordinem addiceretur:  
censuit. Et mox ut domus ei quam incendio amiserat: publica impensa  
restituere: dicēdaeqz iter consulares sentēiae i⁹ esset. Quod decretū a  
bolitum est excusante Liberio imbecillitatem eius: ac dānū liberalitate  
sua resarsurum pollicente: qui tamen moriens ⁊ in tertius haeredibus  
eum ex pte tertia nuncupatum legato etiam circa sestertium uicies p̄se-  
cutus: commendauit insuper exercitibus ac senatu: populoqz Romano  
iter caeteras necessitudines nominatim.

## Claudius Caesar.

**D**e consulatibus eius et gestis per eum.

Ub Laio demū fratis filo secundam existimationem circa initia imperii omnibus lenociniis colligēte honores auspicatus cōsula tum gessit una p̄ duos menses: euenitq; ut primitus ingredienti cū fasci bus forz praeter uolans aquila dexteriore humero cōsideret. Sortitus ē et de altero cōsulatu i quartum annū: p̄aeseditq; nōnunq; spectaculis in Laii uicem acclamāte populo foeliciter partim: patruo iperatoris: parti Hermanici fratri.

**D**e contumeliis eidem p ludum illatis.

Ec eo minus cōtumeliis obnoxius uixit. Nam etsi paulo serius ad praedictam coenae horaz occurrisset: nō nisi aegre et circuito demū triclinio recipiebatur. Et quotiens post cibum obdormisceret: qd ei fere accidebat olearum ac palmulaz ossibus icesebatur: iterum ferula flagroue: uelut p ludum excitabatur a crapreis. Solebant et manibus ster tentis socci induci: ut repente exp̄gescatus faciem sibi confricaret.

**D**e discriminibus quae passus est.

Ed ne discriminibus quidē caruit: primū i ipo cōsulatu q̄ Nero et Drusi fratrum Caesari statuas segnius locandas ponendasq; curasset: pene honore summotus ē. Deinde extraneo vel et domesti corū aliquo deferente assidue variegq; iquietatus. Quū vero detecta esset Lepidi et Hetulici cōūratiō missus in germaniam inter legatos ad gratulanduz etiam vitae periculū adiit. Indignante ac fremente Laio patru um potissimum ad se missum quasi ad puerū regendum: adeo ut non defuerint: qui traderent praecipitatum quoq; i flumen sicut vestitus aduenierat. Atq; ex eo nūq; non in senatu nouissimus consularium sententiam dixit ignominiae causa post omnes interrogatus. Etiam cognitio falsi testamēti recepta ē: i quo et ipse signauerat. Postremo etiam festiū octogies pro introitu noui sacerdotij coactus impendere: ad eas rei familia ris angustias decidit: vt quum obligatam aerario fidem liberare, nō posset: i vacuum lege praediatoria vaenalis pependerit sub edicto p̄fectorū.

**D**e initio imperij Claudi.

Seuerus: nec minus alij eundem et sutorum veteramentarium: cuius filius sectonibus et consuturis vberius compendium nactus ex muliere vulgari Antiochi cuiusdam furnariâ exercentis filia equite ro. genuerit. Sed quod discrepat: sit in medio. Laetex. Id. Vitelius domo nuceria: siue ille stirpis antiquae: siue pudedis parentibus: atq; aus: eques certe romanus et rerum Augusti pcurator quattuor filios amplissimae dignitatis cognomines: ac tantum praenominibus distinctos reliquit: Aul. Q: Id. L. Aulus in consulatu obiit: quem cum Domitio Neronis Caesaris patre inierat praelatus eloquio: famosusq; coenarum magnificientia. Quintus caruit ordine quam auctore Liberio secerni minus idoneos senatores remoueriq; placuisse. Publius germanici comes Ln. Hisdem inimicum et iterfectorem eius accusauit: cōdemnauitq;. Ac post praeturae honorem inter Seiani conscos arrept<sup>9</sup> et in custodiam fratri datus Scal pro librario venas sibi incident: nec tam mortis poenitentia q; suorum obtutio obligari curariq; se passus in eadem custodia morbo perii. L. ex consulatu syriae praepositus Arhabanum parthorum regem summis artibus non modo ad colloquium suum: sed et ad veneranda legionum signa pellerit. Mox cum Claudio princeps duos super ordinarios consulatus censuramq; gessit. Curam quoq; iperij sustinuit absente eo expeditone britanica: vir innocens et industrius sed amore Libertinae p̄famis: cui et saliuis melle comixtis nec clam quidem aut raro: sed quotidianie ac palam arterias et fauces pro remedio souebat. Idem miri inadulando ingenij primus. L. Caesarem adorari ut deum instituit: quem reuersus ex syria non aliter adire aulus esset: q; capite velato circuertensq; se deinde p̄cubens. Claudiu vxoribus libertisq; addictum: ne qua no arte deme retur p matro munere a Dessalina petuit: ut sibi pedes praeverberet ex calciandis: detractumq; socculum dextrum inter togam tunicasq; gestauit affidue: nonumq; osculabundus. Narcissi quoq; et pallantis imagines aureas inter lares coluit. Huius et illa vox est: saepe facias: quem seculares ludos sedenti Claudio gratularetur. De matre Vitelij et eius pueritia et de morte patris et aliis gestis. Ecessit Paralyti altero die q; corrept<sup>9</sup> est: duobus filiis superstitionib<sup>9</sup>: quos ex Sextilia probatissima nec ignobili foemina editos ieiunates vidit: et quidem eodem ambos totoq; anno: quem maiori minori sex menses successisset. Defunctum senatus publico funere honorauit. Itē statua pro rostris: cum hac inscriptōne: pietatis imobilis erga principē. Aulus Vitelius. L. filius imperator natus ē octavo kal. octobris: vel ut quidam septimo idus septembribus Druso Caesar: Norbano Flacco consulibus: genitaram eius praedictam a mathematicis ita parētes exhibuerunt: ut pater magnope semper contenderit: ne qua ei provincia nino se committeret. Mater et missum ad legiones et apellatum imperatorem protestato statim lamentata sit. Hueritiam primāq; adolescētiā capreis egit inter tiberiana scorta: et ipse perpetuo Spintriae cognomine notatus existimatusq; corporis gratia initū et causa incrementorum patri fuisse.

p nome  
cognomines

palpus  
librazum

## Nonus liber.

### De adolescentia eius et gestis in ea.

**I**n equeti quoqz aetate oib<sup>9</sup> probris contaminatus praecipuū i aula locū tenuit. Laio p aurigādi: Claudio per aleae studium familiaris: sed aliquanto Neroni acceptior tum propter eadem haec: tum peculiari merito: q<sup>9</sup> praeſidēs certaminis Neroneo cupientem inter citharoedos contendere: nec q̄z quis flagitantib<sup>9</sup> cūctis promittere audentem. Ideoqzegres sum theatro reuocauerat: quasi perseuerantis populi legatione suscepta: exorandumqz praebuerat.

### De honoribus per eum administratis.

**E**t Rium itaqz principum indulgentia non solum honoribus: uerum et sacerdotiis amplissimis auctus: p consulatuſ africæ post haec: curāqz operum publicorum administrauit: t uoluntate dispari t existimatione. In prouincia singularem innocentia praestitit biennio continuato: quum succedēti fratri legat<sup>9</sup> substitut<sup>9</sup> esset. At i urbano officio dona atqz ornamēta templorum surripuisse: et cōmutasse quaedam ferebat: p qz auro et argento stagnū et aurichalchii supposuisse.

### De uxoribus et filius eiusdem.

**E**t Tore habuit Petroniam consularis tiri filiam: et ex ea filium petronum captum altero oculo: hūc haeredem a matre sub cōditione institutum si de potestate patris exisset: manu emisit: breuiqz ut creditum est: interemit: insulatum insuper parricidij: et quasi paratum ad scelus venenum ex cōscientia hausisse. Durit mox Haleriam fūdanā prae torio patre. Ac de hac quoqz liberos utriusqz sexus tulit: sed marē titubātia oris prepe mutū t eliguem.

**D**e germania eidē decreta et de paupertate ipsius et de comitate eius erga singulos et de gestis in castris.

**A** Et Halba i inferiorem germaniam cōtra opinionem missus ē. Adiūtū putant. L. unij suffragio tūc potētissimi: et cui iampridem per communem factionis suae fauorem conciliatus esset: nisi q<sup>9</sup> Halba p̄ se culit nulos minus metuendos qz qui de solo uictu cogitarent: ac posse prouincialibus copiis profundam eius expleri gulam: ut cuius euidentur contemptu magis qz gratia electum. Satis constat exituro viaticum defuisse tanta egestate rei familiaris ut uxore et liberis: quos Romae relinquebat meritorio coenaculo abditis: domum in reliquam partē anni ablocaret: utqz ex aere matris detractum vniōnem pignerauerit ad iste rī impensas. Creditorum quidem postulantum ac detinentium turbā et in iis sinuēssanos formianosqz: quorum publica uectigalia interuerterat: non nisi terrore calumniae amovit. Quum libertino cuidam acerbis debitum reposcēti iniuriarum formulam: quasi calce ab eo percussus intendisset: nec aliter qz extortis quinquaginta sestertiis remisisset. Ad uenientem male animatus erga principem exercitus: p̄nusqz ad res nouas libens ac supinis manibus exceptit uelut dono deum oblatum: ter cōfusis filium aetate integra facili ac prodigo animo. Quam veterem de se persuasionem Vitelius recentibus etiam de se experimētis auxerat tota

## Aulus Vitelius imperator.

via caligatorum quosq; militum obuios exosculans: p q; stabula t diuer  
soria mulionibus ac viatorib; praeter modum comis: ut mane singulos iā  
ne ietassent: sciscitaretur: sec; fecisse ructu quoq; ostederet.

*D*v*it*e*ll*a**

De Assumptione etus ad principatum facta in castris et aliis  
gestis eius.

c Astra uero ingressus nihil cuiq; poscenti negavit: atq; etiā ultro  
ignominiosis notas: reis sordes: damnatis supplicia dēpsit. Quare uix  
dum mense transacto neq; diei neq; temporis habita ratione: ac iam ue  
spere subito a militibus e cubiculo raptus: ita ut erat in ueste domestica i  
perator est consalutatus. Circulatusq; p celeberrimos uicos: strictū diui  
iulij gladium tenens detractum delubro martis: atq; in prima gratulati  
one porrectum sibi a quodam: nec ante in praetorium redit q; flagrante  
triclinio ex conceptu camini: tum quidem consternatis et quasi omne ad  
uerso anxiis omnibus iuquit: bono animo estote: nobis alluxit: nullo ser  
mone alio apud milites vsus. Consentiente deinde etiam iam superioris p  
uinciae exercitu: qui prius a Halba ad senatum defecerat: cognomen ger  
manici delatum ab vniuersis cupide recepit: Augusti distulit: Caesaris in  
perpetuum recusauit.

De progreſſu ei⁹ versuſ vrbē cōtra Othonē: et quibusdā p̄digiiſ.

a Subide caede Halbae annūciata cōpositis germanicis reb; par  
titus est copias: quas aduersus Othonem praemitteret: quasq;  
Ipse perduceret. Praemissō agmine laetum euenit auspiciū: siquidem a  
parte dextra repente aquila aduolauit: lustratisq; signis: ingressos uiam  
sensim antecessit. At contra ipso mouente statuae equestres: quum plurifa  
riam ei ponerentur: fractis repente cruribus pariter corruerunt: et laurea  
quam religiosissime circundederat: in profuentem excidit. Ador Eien  
nae pro tribunali iura redenti gallinaceus supra humerum: ac deinde in  
capite astitit. Quibus ostentis par respondit exitus: nam confirmatum p  
legatos suos imperium per se retinere non potuit.

De gestis per eum post mortē Othonis: t reditu ei⁹ ad urbē.

d Ebriacensi victoria: t Othonis exitu cuž adhuc i gallia effet:  
audiit: Nihilq; cūctat⁹ quicqd praetorianaz cohortium fuit: ut  
peſſimi exēpli uno exauctorauit edicto iussas tribunis tradere arma: cen  
tum autem atq; uiginti: quorum libellos Othoni datos inuenierat expo  
ſcentium praemia ob editam in caede Halbae operam conqueri t suppli  
cio affici iperauit: egregie prorsus atq; magnifice: et vt ſummi p̄cipis  
ſpem oſtenderet: niſi caetera magis ex natura et priore uita sua: q; ex im  
perij maiestate gessifſet. Namq; itinere inchoato per medias ciuitates  
ritu triumphantium uectus eſt: perq; flumina delicateſſimis nauigiis: et  
uariarum coronarum genere redimitis. Inter profuſiſſimos obſonioz  
apparatus nulla familiae aut militis disciplina: rapinas ac petulatiā ſoni  
um i uocum uertēs: qui non contenti epulo ubiq; puplice praebito quoscū  
q; libuiffet in libertatē aſſerebant: verbera t plagas ſaepe vulnera: non  
nunq; necem repræſentantes aduersantibus. vtq; campos in quibus pu

## XIIII Nonus liber.

gnatum est adiut: abhorrentes quosdam cadauerum tabem detestabili  
uoce confirmare ausus est: optime olere occisum hostem: et melius ciue.  
Nec eo secus ad leniendam grauitatem odoris plurimum meri propalā  
hauit: passimqz diuisit: pari vanitate atqz insolentia lapidem memoriae  
Othonis inscriptum intuēs dignum eo Nausoleo ait: pugionēqz quo se  
is occiderat: in agrippinēsem coloniam misit marti dedicādum in Apē  
nisi etiam iugis peruigilium egit.

**D**e aduentu ei⁹ ad urbem et gestis per eundē in initio principat⁹.

**V** Rhem quoqz ad classicum itrouit paludatus: ferroqz succinctus  
inter signa atqz uerilla sagulatis comitibus: ac detectis cōmilito  
num armis. Ndagis de ide ac magis omni diuino humanoqz iure neglec  
to alieni die pontificatum maximū cepit. Comitia in decem annos ordi  
nauit: seqz perpetuum cōsulē. Et ne cui dubium foret: quod exēplar regen  
dae reip. eligeret: medio martio campo adhibita publicoz sacerdotuz fre  
quentia inferias Neroni dedit: ac sollempni cōuiuio citharoedum placēte  
palā admonuit: ut z aliquid de Domitio diceret. Inchoantiqz neroniana  
cātica primus exultans etiam plausit.

**D**e progressu eius i initio principatus.

**C** Alibus p̄cipiis magnam īperij partem nō nisi cōsilio z arbitrio  
uulifimi cuiusqz histriōnum z aurigaz administravit: et maxime  
asiatici liberti: hūc adolescētulū mutua libidine cōstupratum: mox taedio  
pfugum cum puteolis poscam uēdentē repræhendisset: coniecit in com  
pedes: statimqz coluit: et rursus in delitiis habuit. Itēz deinde ob nimia  
cōsumatiam et nimia ferocitatem grauatus circūforano lanistae vēdidit:  
dilatumqz ad finem muneris repēte surripuit: et prouincia demu; accep  
ta manumisit: ac primo imperij die aureis donauit ānulis super coenam:  
cum mane rogantibus pro eo cūctis detestatus esset seuerissime talē eque  
stris ordinis maculam.

**D**e comedatione z epulis eiusdem.

**S** Ed uel praecipue luxuriae sacuiciaeqz deditus epulas trifariā se  
per: iterū quadrifariam dispartiebat in ientacula: et prandia:  
et coenas: comedationesqz: facile omnibus sufficiens vomitandi cōsue  
tudine. Indicebat autem aliud aliij eadem die: nec cuiqz minus singuli ap  
paratus quadrigenis milibus nūmū constiterunt: famosissima super cae  
teras fuit coena ei data aduentitia a fratre: i qua duo milia lectissimorum  
piscium: septem auium apposita traduntur: hāc quoqz exuberauit ipse de  
dicatōne patinae: quā ob imēsam magnitudinē clipeū Nineruae  
dictitabat. In hac scarorum iocinora: fasti  
anoz et paonū cerebella: linguas phoenicopterū: murenarū lactes a par  
thia vsque fretoqz hispaniae p nauarchos: ac triremes petitarū cōmisci  
it. Et aut hō nō pfundae modo: sed itēpestiuæ quoqz ac sordidae gulac  
ne i sacrificio qdē vnqz aut itinere vlo tēperauit: quin iter altaria ibidez  
statim viscus et farra pene rapta e foco māderet: circaqz viarū popinas  
fumantia obsonia vel pridiana atqz semesa.

## Aulus Vitelius imperator.

De sacuicia et crudelitate eiusdem.

**p**ronus vero ad cuiusq; et quacūq; de causa necē atq; suppliciū: Nobiles viros cōdiscipulos et aequales suos omnib<sup>9</sup> blāditiis tātū nō ad societatem iperij allicefactos vario genere fraudis occidit: et vñū veneno manu sua porrecto i aquae frigidae potōne:quam is affectus febre poposcerat. Tum foeneratoꝝ et stipulatorum:publicanorumq; qui vñquam se aut Romae debitum:aut in via portorium flagitassent:vix vllā pepercit: Ex quibus quēdam in ipsa salutatōne suppicio traditum sta tiq; reuocatum cunctis claementiam laudantibus coram interfici iussit: velle se dices pascere oculos. Alterius poenae duos filios adiecit depre cari pro parte conatos. Sed et equitē romanū proclaimantem quum rapetur ad poenam haeres meus es. exhibere testamenti tabulas coegit: vtq; legit cohaeredē sibi libertum eius ascriptū iugulari cum liberto imperauit. Quosdam et de plebe ob id ipsum: q; venetae factioni clare malexerant: interemit: contemptu sui et noua spe id ausos opinatus. Nullis tamen infensori q; vernaculis et mathematicis: vt quisq; deferetur inauditum capite puniebat. Exacerbatus q; post edictum suum: quo iubebat i tra kal. octobris vrbe italiaq; mathematici excederēt: statiz libellus est, ppositus: ut chaldaeos dicere: bonū factū ē ne Vitelius Her manicus i tra eundem calendarū diem vsquā esset. Suspectus et i mortem matris fuit: quasi aegrae praeberi cibum prohibuisset. Clatināte Lathā muliere: cui velut oraculo acquiescebat: ita deide firmiter ac diutissime i peratuꝝ: si superstes parenti extitisset. Et alij tradūt ipsam taedio praeſetum et imminentium metu yenenum a filio impetrasse haud sane dif ſiculter.

De apparatu exercitus cōtra Vespasianū et aliis gessis eius.

**C**tauo iperij mense descinerūt ab eo exercitus messiarum: atq; pānoniae. Item ex transmarinis iudaicus et syriacus: ac pars in absen tis pars i praesentis Vespasiani verba iurarunt. Ad retinendum ergo caeterorum hominū studium ac fauorem nihil nō publice priuatimq; nullo adhibito modo largitus est. Delectū quoq; ea cōditōne i vrbe egit: vt volūtarīs nō modo missionē post victoriā: sed et veteranoꝝ iustaeq; mili tiae commoda polliceretur. Argenti deinde terra mariq; hosti hīc fratre cum classe ac tyronibus et gladiatorum manu opposuit: hinc et bebiacē ses copias et duces atq; vbiq; aut superatus: aut proditus salutem sibi et milies festertium a Clauio Sabino Vespasiani fratre pepigit: statimq; p gradibus palatiū apud frequentes milites cedere se imperio: quod ini uitus recepisset professus: cunctis clamantibus rem distulit: ac nocte interposita primo diluculo sordidatus descendit ad rostra multisq; cuz lachrymis eadem verba verum e libello testatus est. Rursus interpel lante milite ac populo et ne deficeret hortante: omnemq; operam suam certatim pollicente animum resumpſit: Sabinūq; et reliquos flavianos nihil iam metuentes vi subita i capitolium compulit: succensoq; templo Iouis optimi maximi oppresſit: quum et proelium et icendium e tiberia.

portorū maut 31

## XIIII Nonus liber.

na pspiceret domo inter epulas. non multo post poenitens facti: et in ali os culpam conferens vocata cōcione iuravit: coegeritqz iurare caeteros ni bil sibi antiquius quiete publica fore. Tunc solutum a latere pugionē cōsuli primū: deinde illo recusante magistratibus ac mox senatoribus singulis porrigenis nullo recipiente quasi i aede cōcordiae positurus abscessit: sed quibusdā acclamantibus ipsum esse concordiam rediit: nec solum retinere se ferrum affirmauit: verum etiam cōcordiae recipere cognomē.

### De concordia per eum tentata cum Vespasiano.

I Wasit senatoribus ut legatos cū virginib⁹ vestalib⁹ mitteret pacem aut certe tēpus ad cōsultadū petuturos. Postridie responsa opperienti nūciatū ē per exploratōrē: hostem appropiquare. Continuo igitur abstrusus gestatoria sella duobus solis comitib⁹ pistore et coquo: Autē tinum ⁊ paternam domū clam petuit: vt ide in campaniam fugeret. Ador leui rumore et icerto tanqz pax impetrata esset: referri se in palatium passus est: vbi cum deserta omnia reperisset dilabentibus et qui simul erāt: zona se aureorum plena circūdedidit: cōfugitqz i cellulam ianitoris religato p foribus cane: lectoqz et culcitra obiectis.

### De captōne et vilissima morte eiusdem.

I Ruperaūt aut iam agminis atēcessores: ac nemine obvicio rimabātur: vt fit: singula: ab iis extractus e latebra sciscitātes quis eēt: nam ignorabatur: et vbi esse Vitelium sciret: mendatio elusit: deīde agnitus rogare non destitit: quasi quaedā de salute vespasiani dicturus: vt custodiretur iterim vel i carcere: donec religatis post terga manibus inieci to ceruicibus laqueo ueste descissa seminudus in forum tractus ē: iter magna rex verboꝝqz ludibria per totum viae sacrae spacium reducta coma a capite: ceu norij solent: atqz ēt mento mucrons gladij subiecto: vt visendam p̄aeberet faciem neue summitteret: quibusdam stercore et coeno incensentibus: aliis incendiarium et patinarium vociferantibus: parte vulgi ēt corporis vitia exprobante: erat enī i eo enormis p̄ceritas: facies rubida plaerūqz ex vinolentia: venter obesus: alterum foemur subdebile impulso oli quadrigae: quū auriganti Laiο ministratōrem exhiberet: tādem apud gemonias minutissimis ictibus excarnificatus: atqz confectus est: et idē vñco tractus i tyberim.

### De tempore mortis eius et īterpretatione ostenti:

P Erit com fratre et filio anno vitae. vii. qui quageſſimo: nec fellit coniectura eoꝝ: qui augurio quod factum ei Viennae ostēdimus non aliud portendi p̄aedixerant qz venturum i alicuius Hallicani hominis potestatem. Siquidem ab Antonio primo aduersarum partium duce oppressus est. Lui Zolosae nato cognomen i pueritia Becco fuerat: id valet gallinacij rostrum.

Mab Bero

L A J J S U E Z O N A J T R A Q U J Z Z J B e  
D E L J O N U S J R E J P J Z .

# Vespasianus imperator.

IMPERATOR DIES VESPASIA  
RES AUSTRIAS.

De Hete Flavia et de progenitoribus Vespasiani.

**E**VELIUS TRIBUM principum et cae  
de incertum diu: et quasi vagum imperium suscepit:  
firmavitq; tandem gens flavia obscura illa quidem  
ac sine vllis maiori imaginibus sed tamē rei.p. neq;  
q; poenitenda: constet licet Domitianus cupiditatis  
ac sacuiciae merito poenas luisse. L. flavius Petroni  
us municeps Reatinus bello civili pompeianarum  
partiu ceturio certu spote an euocatus .pfugit ex pharsalica acie: domū  
q; se cotulit. Ubi deinde venia et missione iperata coactōes argentari  
as factitauit. Huius filius cognomine Sabinus expers militiae et si qui  
dam eū primipilarē: nōnulli quū adhuc ordines duceret sacramēto solu  
tum per causam valitudinis tradūt publicum quadragesimae i asia egit.  
Al danebantq; imagines a ciuitatibus ei positae sub hoc titulo

. Postea foenus apud elnetios exercuit:  
ibiq; diem obiit: superstitibus vxore Uespasia polla et duobus ex eal  
beris: quoꝝ maior Sabinus ad praefecturam vrbis: minor Vespasianus  
ad principatum vsq; pcessit. Polla Nursiae honesto genere orta patre  
habuit Vespasianum Pollarionem ter tribunum militum: praefectuq; ca  
strorum: fratrem senatorem praetoriae dignitatis: locus ēt nūc ad sertū  
miliarium a Nursia Spoletum euntibus in mōte summo appellaſ Vle  
spasiae: vbi vespasiorū cōplura monumenta extant: magnū indicū splen  
doris familiae et vetustatis. Non negauerim iactatum a quibusdam Pe  
tronius patre e regione trāspadana fuisse mācipē operaz: quae ex ubria i  
sabinos ad culturam agroꝝ quottānis cōmeare solerent: subseditte autē  
in oppido reatino vxore ibidem ducta: ipse ne vestigium quidem de hoc  
quāvis satis curiose igrerem iueni.

De nativitate Vespasiani et ei⁹ educatōne: et honoribus p eū gestis.  
Vespasianus natus ē i samnis vltra reate vico modico: cui nomē  
ē phalacrinae. xv. calendas decembri vesperiq; Quito Sulpi  
tio Camerino. L. Idōpeio Sabino cōsulib⁹: qnquēnī āte q; Augustus  
excederet: educat⁹ sub paterna auia Tertulla in praediis cosamis. quare  
pr̄ceps quoq; et locum i cunabuloꝝ assidue frequentauit: manente villa  
qualis fuerat olim: nequid scilicet oculoꝝ consuetudini deperiret: et auiae  
memoriam tāope dilexit: vt solēnibus ac festis diebus poculo quoq; ei⁹  
argenteo potare perseuerauerit: sumpta toga virili latuclavū: quāq; fra  
tre adepto: diu aduersatus ē: nec vt tandem appeteret: compelli nisi a ma  
tre potuit: Ea demum excutit magis conuicio q; precibus: vel auctorita  
te: dum eum identidem per contumeliam Anteambulonem fratrib⁹ ap  
pellat. Tribunatum militum in thracia meruit. Quae

Gens flavia

Rer.

Vespasia polla

foliis

Anteambul.

Comitis

## Decimus liber.

stor cretam: et Lyrenas puiciam sorte cepit. aedilitatis ac mor praetuae candidatus est non sine repulsa: sextoq; loco vir adeptus est. Ac prima statim petitone: et in primis praetor infensus senatu Laiū ne quo nō genere demereretur ludos extraordinarios pro victoria ei⁹ germanica d⁹ poposcit: poenaeq; coniuratorum addendum censuit: ut insepulti proice rentur. Egit et gratias ei apud amplissimum ordinez: q; se honore coenae dignatus esset.

### De uxore et filiis eius.

i. After haec Flauiam domicillam duxit uxorem Statili⁹ Lapel⁹ lac equitis romani Sabracensis: ex africa delegata olim: latinae q; conditōnis: s; mox ingenuā et ciue romanā recuperatorio iudicio prō nūciatā patre afferēte Flauio liberale ferenti genito: nec quicquā apli⁹ q; quaestorio scriba: Ex hac liberos tulit: Titū et Domicianum ⁊ Domicilā: uxori ac filiae superstes fuit: atq; adhuc vtrāq; priuatus amisit. Post uxoris excessum Lenidem Antoniae libertam ⁊ a manu: dilectam quoniam sibi reuocauit in cotubernū: habuitq; etiam imperator pene iustae uxoris loco.

### De expeditōne germanica et iudaica ⁊ aliis gestis p; eum.

c. Claudio p̄cipe Narcissi gratia legatus legionis i germaniā mis-  
sus ē: ide i britāniā translatuſ ē: tricies cum hoste conflixit: du-  
as validissimas gentes: superq; vigiti oppida ⁊ iſulam vectē britāniæ p-  
rimam i deditōnem redigit: parti Auli palatini legati consularis: partim  
Claudij ipsius ductu. Quare triumphalia ornamenta ⁊ i ſpacio breui du-  
plex ſacerdotium accepit. Praeterea consulatum: quem gessit per duos  
noniſsimos āni mēſes: medium tempus ad pconsulatum uſq; i otio ſeces-  
ſuq; egit. Agrippinam timens potentem adhuc apud filium: et defuncti  
quoq; Narcissi amicos perosam. Exide ſortit⁹ africam itegerrime nec  
ſine magna dignatōne adminiſtrauit: niſi q; Adrumeti ſeditōne quadam  
rapa i eum iacta ſunt. Rediit certe nibilo opulentior: vt qui prope labe  
facta iam fide omnia praedia fratri obligaret: neceſſarioq; ad mangoni-  
cos quaefuſtiſtinae dignitatis cauſa deſcenderit: propter quod vul-  
go mulio vocabatur. Conuictus quoq; dicitur ducenta ſeſtertia exprefſi-  
ſe inueni: cui latum clavum aduersus patris voluntatem impetrarat: eoq;  
nomine graniter increpitus. Peregrinatōne achaica inter comites Re-  
ronis: quum cantante eo aut diſcederet ſaepius: aut praesens obdormi-  
ſceret: grauifimam contrariſt offensam: prohibitusq; non contubernio  
modo: ſed etiam publica ſalutatōne: ſeſeffit in paruam ac deuinam ciuita-  
tē: quoad latēti ētq; extrema metuenti, puicia cū exercitu oblata eſt. Per  
crebruerat oriente toto vetus et constans opinio: eſſe in fatis: vt eo tem-  
pore iudaea profecti rerum potirentur. Id de imperatore romano quātū  
euentu poſtea praedictum patuit: iudaci ad ſe trahentes rebellarunt: cae-  
ſoq; praepoſito legatum in ſuper ſyriae consularem ſuppetias ferentem  
rappa aquila fugauerint. Ad hunc motum comprimentum cum exercitu  
ampliore et non inſtrenuo duce cui tamen tuto tata res cōmitteret: opus

## Vespasianus imperator.

esset: ipse potissimum delectus est: et ut industriae expertae nec metuēdus  
ullo modo ob humilitatem generis ac nominis. Additis igitur ad copias  
duabus legionibus. viij. alis: cohortibus decem: atq; inter legatos maio  
re filio assumpto: ut primum prouinciam attigit: proximas quoq; cōuer  
tit in se: correcta statiz castrorū disciplina: uno quoq; et altero proelio tā  
cōstater inito: ut in oppugnatione castelli lapidis ictū genu scuto sagittas  
aliquot excepit.

*De pdigiis et signis praecedētib<sup>9</sup> iperiu Vespaſiani.*

p Ost Neronem Halbaq; Othone atq; vitelio de p̄cipatu certā  
tibus in spem imperij uenit: iampridem sibi per haec ostenta conceptam.  
In suburbano flauorum quercus antiqua: quae erat marti sacrata per  
tres vespasiae partus: singulos repente ramos a fructice dedit: haud du  
bia signa futuri cuiusq; fati: primum exilem et cito arefactum: ideoq; pu  
ella nata nō perānauit: secundū p̄aeualidum ac prolixum: et qui magnā  
foelicitatem portenderet: tertium uero instar arboris. Quare patrem  
Sabinum ferunt aruspicio insuper confirmatum renunciasse matri ne  
potem ei Caesarem genitum: nec illam quicq; aliud q; cachinnasse mi  
ſantem quod adhuc se mentis compote deliraret iam filius suus.  
M̄dor cum aedilem eum. L. Caesar succensens propter curam uerren  
dis uis nō adhibitā luto iussisset oppleri congesito per milites in praeter  
tae sūnū: non defuerunt: qui interpretarentur quādoq; proculcatam de  
sertamq; r̄p. ciuili aliqua perturbatione: i tutelā eius ac uelut gremium  
deuenturam. Prandente eo quondam canis extrarius triclinio ma  
nū humana ītulit: mēsaeq; subiecit. Loenātē rursus bos arator decusso  
lugo tricliniū irrupit: ac fugatis ministris q;si repēte defessus p̄cidit ad  
ipso accubētis pedes: ceruicēq; submisit. Arbor vero cupressus in agro  
autō sine vlla vi tēpestatis euulsa radicitus atq; p̄strata īsequēti die vi  
ridior. ac firmior resurrexit. At i achaia somnianit initū sibi suisq; foeli  
citatīs futū simulac dens Neroni exēptus esset: Euenitq; vt sequēti die  
p̄gressus i atriu medicus dētē ei ostenderet recenter quidē exemptū. A  
pud iudaeam carmeli dei oraculum consulentem ita cōfirmauere sortes:  
vt quicqd cogitaret: volueretq; aio quātūlibet magnum id esset p̄uentuz  
pollicerentur. Et vnu ex nobilibus captiuis Josephus quū cōuiceret in  
vincula: constantissime asseuerauit fore vt ab eodem breui solueretur verū  
iam iperatore. Nūciabantur et ex vrbe præsagia Neronem diebus vlti  
mis monitū per qetē vt tensam Iouis optimi maximi e sacrario ī domū  
vespasiā ide et i circū deduceret. Ac nō multo post comitia secundi cō  
sulatus in eunte Halba statua diui Julii ad orientem spōnte conuersa: acie  
q; bebiacensi: priusquā cōmitteretur: duas aquilas in conspectu omīum  
cōfligisse: victaq; altera subuenisse tertīā a solis ortu: ac vītricē abegisse.

*De assumptōne eius ad imperium.*

n Ec tamen qcq; ante tentauit promptissimis atq; et instantibus  
suis: q; solicatus quorūdam et ignotorum et absentium for-

## Decimus liber.

cuīto fauore: mesiaci exercitus bina e tribus legionibus milia missa aurilio Othoni: postq; iter ingressis nūciatum ē victū eū ac vīm vitae suae at tulisse: nihil secius aquileiā vsq; pseuerauerūt: quasi rumorī minus crederent. Ibi p occasionem ac licentiam omni rapinarum genere grāssi: quū timerent ne sibi reuersis reddenda ratio ac subeunda poena eēt: consiliū inierūt eligendi creandiq; imperatoris: neq; enim deteriores eē aut hispaniensi exercitu: qui Halbam: aut praetoriano: qui Othonem: aut germanitano: qui Vitelium fecissent. Propositis itaq; nominibus legatoz consulariū quot vbiq; tunc erant: quū caeteros alium alia de causa i probarent: et quidam e legione tertia: quae sub exitu Neronis translata ex syria in mesiā fuerat: Vespasianū laudibus ferrent: affensere cuncti: no mēq; eius verillis omib; sine mora inscripserunt. Et tunc quidē compresa res ē reuocatis ad officium muneris parūper. Laeterum diuulgato facto Liberius Alexander praefectus aegypti primus i verba Vespasiani legiones adegit kal. iul. qui principatus dies in posterum obseruat<sup>9</sup> est. Judaicus deinde exercitus. v. idus Julij apud ipsum iurauit: plurimū coeptis contulerūt. Iactatum exēplar epistolae verae siue falsae defūcti Othonis ad Vespasianum extrema obtestatōne vltōnem mādantis: et ut reip. subueniret optantis: sumul rumor dissipatus: destinasse Vitelium victorem pmutare hiberna legionū: et germanicas transferre in orientē ad securiorem mollioremq; militiam. Praeterea ex praesidibus prouinciarum Licinius Mducianus et e regibus Elogesus parthus. Ille deposita simultate: quam in id tēpus ex aemulatōne non obscure gerebat: syriacum promisit exercitum: hic quadragita milia sagittarioz.

De qbusdā miraculis p eū factis i initio p̄cipatus.

¶ Excepto igitur civili bello ac ducibus copiisq; i italiā p̄missis iteri Alexādriā trāsīt: vt claustra aegipti obtineret. Hic quū de firmitate iperij capturus auspiciū: aedem Serapidis summōtis omib; solus itrasset: ac propiciato multum deo tandem se cōuertis set: verbenas coronasq; et panificia: ut illic assolet: Basilides libertus obtulisse ei uissus ē: quē neq; admisſuz a quoq; et iampridem pp neruoz valitudinem vix igredi lōgeq; abesse constabat. Ac statī aduenere litterae fusas apud Cremonam Viteliū copias: ipsum i vrbe iteremptum nūciātes. Auctoritas et quasi maiestas quaedam vt scilicet iopinato et adhuc nono p̄cipi deerat: haec quoq; accessit. E plebe quidam luminib; orbatus: Item aliis debili crure pro tribunali pariter adierunt orantes opeū valitudinis demonstratam a Serapide per quietem: restituturum oculos si inspuisset: confirmaturū crus: si dignaretur calce cōtingere: quū vix fides esset rem ullo modo successuram: ideoq; ne experiri quidē auderet: extremo hortantibus amicis palam pro concione vtrunq; tētauit: nec euentus defuit. Per idem tempus tegeae in arcadia instinctu vaticinatum effossa sunt sacrato loco vase operis antiqui: atq; in iis assimilis Vespaiano imago.

De restitutōne collapsae reip. per eum facta.

## Despasionus imperator.

¶ Alis tantaqz cum fama in urbem reuersus acto de iudeis trium  
pho: consulatus octo ueteri addidit:suscepit et censuram:hac et p  
totum imperij tempus nihil habuit antiquus qz prope afflictaz nutatēqz  
rem p. stabilire primo:deinde et ornare. Aliilites pars victoriae fiducia  
pars ignominiae dolore ad omnem licentiam audaciamqz processerant.  
Sed et prouinciae ciuitatesqz liberae:nec non et regna quaedam tumul  
tuosus inter se agebant. Quare vitelanorum quidem et exauktorauit plu  
rimos:et coercuit :particibus autem uictoriae adeo nihil extra ordinem  
indulxit:ut etiam legitima præmia sero psoluerit. Ac ne quain occasionē  
corrigendi disciplinam praetermitteret:adolescentulum frāgrātem un  
gento:quum sibi pro impetrata præfectura gratias a geret:nutu asperna  
tus uoce etiam grauiſſima increpuit:maluissem allium aboluisseſſes litteras  
qz reuocauit. Lassiarioris vero qui ab hostia et puteolis romam pedibus  
per vices commeant petentes constitui aliquid sibi calciarij nomine:qua  
si parum effet sine r̄ſponso abegisse:iussit post haec excalciatos cursitare:  
et ex eo ita cursitat. Achaiam:liciam:Rhodium:Byzantium:Samum  
libertate adempta:Item Thraciam:Liliciam:et Lomagenen ditionis re  
gliae usqz ad id tempus in prouinciaz formā rededit. Cappadociae pro  
pter assiduos barbaroz incursus:legiones addidit:cōsularemqz rectore  
imposuit pro equite romano. Deformis vrbs veteribus incendiis ac rui  
nis erat:vacuas areas occupare et aedificare si posſeffores cessarent:cui  
cunqz permisit. Ipse restitutionem capitolij agressus ruderibus purgan  
dis manus primus admouit:ac suo collo quaedam extulit:aerearumqz ta  
bulaz tria milia:quae simul conflagrauerāt:restituēda suscepit undique i  
uestigatis exemplaribus. Instrumētum iperij pulcherrimum ac vetustis  
simū:quo cōtinebātur pene ab exordio vrbis senatus cōsulta:plebiscita de  
societate et foedere ac priuilegio cuiqz concessis.

### De operib⁹ publicis p eū factis et supplemēto senatus.

**S**icit et noua opera templum pacis foro primū:Diviqz Claudi⁹  
in Lelio mōte coeptum quidē ab Agrippina:sed a Nerone ppe  
funditus destructum:item amphiteatrum vrbe media:ut destinasse com  
perat Augustū. Amplissimos ordines:et exhaustos caede uaria:et cōtami  
natos ueteri negligētia purgauit:supplementqz recēso senatu:et egte:submo  
tis indignissimis:et honestissimo quoqz italicoz:ac prouincialū allecto:at  
qz vti notum effet vtrūqz ordinē nō tam libertate inter se qz dignitate dif  
ferre. De iurgio quodā senatoris equitisqz ro. ita pronūciauit:non opor  
tere maledici senatoribus:remaledici ciuile fasqz esse.

### De litigis p eū cōpendiosissime decisis et aliis gestis.

**I**tium series ubiqz maiorem in modum excreuerant:manētib⁹ a  
tiquis inter capidine iurisdictionis:accedentibus nouis ex cōditi  
one tumultuqz tēpoz sorte elegit:p quos rapta bello restituerēt qz uidi  
cia cētum uiralia:qb⁹ peragēdis uix suffectura litigatoz aetas videbat:ex  
tra ordinē diiudicaret:redigerētqz ad breuissimū numerum.

### De quibusdā legib⁹ per eum decretis.

p.i.

Dixit ual

Caluus

cōsulans

Senatus consilio

prædictus

Edificatio

rem. l. d. iii

## Decimus liber.

I Ibidem atq; luxuria coercete nullo inualuerat. Auctor senati fuit decernendi: ut quae se alieno seruo iunxisset: ancilla haberetur. Ne ue filiorum familias foeneratoribus exigendi crediti ius unq; esset: hoc est ne post patrum quidem mortem. Lacteris i rebus statim ab initio principat usq; ad exitum civilis et cladem.

De mediocritate originis ei<sup>9</sup> p eū agnita: et recusatione, pōparū.

m Ediocratatem pristinā neq; dissimulauit unq;: ac frequenter etiā p̄se tuit. Quin et conates quosdam originem flauij generis ad conditores reatinos: comitemq; Herculis: cuius monumentum extat: via salaria referre: irrisit vltro: adeoq; nihil ornamētoꝝ itrinsecus cupi de appetiuit: ut triumphi die fatigatus tarditate et taedio pompa non reticuerit merito se plecti: qui triumphum quasi aut debitū maiorib<sup>9</sup> suis: aut speratum unq; sibi tā in epte senex cōcupisset. Ac ne tribunicia quidē potestatem patris patriae appellationē nisi sero recepit. Nā cōsuetudinē salutates scrutādi manēte adhuc bello ciuilli omiserat.

De modestia ei<sup>9</sup> cōtra audacius ad eū loquentes.

a Dicoꝝ libertatē: causidicoꝝ figurās: ac philosophorū cōtumam lenissime tulit. Licinum Alcianum notae impudiciae: sed meritorum fiducia minus sui reuerētem: nunq; nisi clam et hactenus retaxare sustinuit: ut apud cōmūnē aliquē amicum querens adderet clausulae: Ego tamen uir sum. Saluum liberalē in defēsione diuitis rei ausū dicere: quid ad Laesarez: si Hipparcus sestertiū milies habet: et ipse laudavit. Demetrium Lynicum in itinere obuium sibi post dominationē: ac neq; assurgere: neq; salutare se dignantem oblatrantē etiam nescioquid: satis canem habuit appellare.

De oblinione inimiciciarum et cōtra eum gestoꝝ.

o Efensorum inimiciciarumq; minime memor executorue: Viteli hostis sui filiam splendidissime maritauit: dotauitq; etiā et istruxit. Trepidum eū interdicta aula sub Nerone quaerētēq; quidnā ageret: aut quo abiret: quidā ex officio admissionis simul expellens abire Alboꝝ boniam iusserrat. In hunc postea deprecantem haud ultra verba excāduit: et quidem totidē fere atq; eadem. Nam ut suspicione aliqua uel metu ad priuiciem cuiusq; cōpelleretur: tantum absfuit: ut monentibus amicis cauendum esse Adretium Domposianum: q; vulgo crederetur Senesim habere imperatoriam: insuper consulem fecerit spōndens quandoq; be neficij memorem futurum.

De clāmetia eius contra reos accusatos.

n On temere quis punitus isons reperiit nisi absēte eo et ignaro: aut certe inuito atq; decepto. Heluidio prisco: qui reuersus ex Syria solus priuato nomine Glespavianum salutauerat: et in praetura omnibus edictis sine honore ac mētione vlla transmiserat: nō ante succēsuit q; altercationibus insolentissimis pene in ordinem redactus: hunc quo q; quis relegatum primo: deinde interfici iussum magni aestimauit seruare quoquo modo: missis qui percussores revocarent: et seruasset: nisi

# Vespasianus imperator.

88

iam pisse falso renūciatum esset. Laeterum neq; caede cuiusq; unq; laeta  
tus iustis suppliciis illachrymauit etiā et igemuit.

De Avaricia et cupiditate i eo notatis.

I Ola est in qua merito culpetur pecuniae cupiditas: nō enī conten  
tū omisla sub Halba vectigalia reuocasse noua et grauia addidisse:  
et aurisse tributa prouinciis nōnullis: et duplicasse: negotiaciones quoque  
uel priuato pudendas propalam exercuit: coemendo quaedam tātum: ut  
pluris postea distraheret. Nec candidatis quidez honores: reisue tā in-  
noriiis q; nocentibus absolutiones venditare cūctatus est. Creditur etiā  
procuratorum rapacissimum quenq; ad ampliora officia ex industria so-  
litus promouere: quo locupletiores mox condemnaret: quibus quidem  
vulgo pro spongiis dicebatur uti: q; quasi et siccis madefaceret: et expri-  
meret humentes. Quidam natura cupidissimum tradunt: idq; exprobra-  
tum ei a sene bubulco: qui negata sibi gratuita libertate: quam imperium  
adeptuz suppliciter orabat: proclamauerit: vulpem pilum mutare: nō mo-  
res. Sunt cōtra qui opinentur ad manubias et rapinas necessitate com-  
pulsū sumā aerarij fisci q; inopia: de qua testificatus sit initio statī p̄cipa-  
tus: professus quadringenties milies op̄ esse: ut resp. stare posset. Quod  
et verisimilius uidetur: quādo male partis optime usus est.

De libertate et magnificentia eiusdem.

I Omne hominum genus leberalissimus expleuit censum senato-  
rium: consulares iopes quingenis sestertiis annuis sustētauit: pluri-  
mas p̄ totū orbē ciuitates terraemotu aut icēdio afflictas restituit i melius.

De cultu et incremēto artificum per eum facto.

I Agenia et artes uel maxime fouit: primus e fisco latinis graecis  
q; rhetoribus annua cētēna constituit: praestantes poetas nec non  
et artifices coemit. Item colossi refectorem insigni congiario magna q;  
mercede donauit. Ad mechanico quoq; grandes columnas exigua impēsa  
pductuꝝ i capitolium pollicēti praemiū p cōmēto nō mediocre obtulit:  
opam remisit: praefatus sineret se plebeculam pascere pane.

De ludis p cū editis et conuiuiis per eum factis.

I Edis per quos scaena marcelliani theatri restituta dedicabat: ve-  
tera quoq; acromata reuocauerat: Apelli tragoedo quadringen-  
ta: Ptermo Diodoroq; citharoedis ducenta: nōnullis centena: quib; mi-  
nimū quadragena sestertia: super plurimas coronas aureas dedit. Sed  
et conuiuabatur affidue: ac saepius recte ac dapsile: vt macellarios adiu-  
uaret: sicut saturnalibus dabat viris Apophoreta: ita et kal. martij foemini.  
Et tamen ne sic quidem pristinae cupiditatis ifamia caruit: Alexan-  
drini cibiotatē eū vocare pseuerauerūt cognomine vnius ē regib; suis tur-  
pissimaruꝝ sordiuꝝ. Sed et i funere Fauo Archimimus psonā eius ferēs:  
imitāsq; : vt ē mos: facta ac dicta viri interrogatis palam pcuratorib;  
quanti funus et pompa constaret: vt audiūt sestertium centies: exclama-  
uit: cētū sibi sestertia darent: ac se vel i tyberim proiicerent.

De statura corporis et mēbroꝝ ac valitudine eius.

p.ij

Archimimus  
Auct. maria

duo

Sor pl. diar  
pah aras prince  
g. abe

Archimimus  
M. my 21  
egre

## Decimus liber.

¶ **L**tatura fuit quadrata: compactis firmisq; membris: vultu ve  
luti nitetis: Unde quidam urbanox nō infacete: siquidem peten  
ti vt et i se aliqd diceret: dicam inquit: quū ventrem exonerare desieris.  
Ualitudine psperrima usus ē: quāuis ad tuendam eam nihil ampli⁹ qz  
fauces caeteraq; mēbra sibimet ad numerū i spheristerio defricaret: ine  
diamq; vnius diei per singulos menses interponeret.

De ordine vitae quē in principatu tenuit.

¶ **R**dinem vitae fere hunc tenuit in p̄cipatu maturius semper: ac  
de nocte vigilabat: Deinde perfectis epistolis: officiorumq; om  
nium breuiariis amicos admittebat: ac dum salutabatur: et calciabat ipse  
se et amiciebat. Post decisa quaecūq; obuenissent negotia: gestationi et i  
de geti vacabat: accubante aliqua pallacearū quas i locū defūctae Laeni  
dis plurimas constituerat: ac secreto in balneum tricliniumq; transibat:  
nec vltō tēpore facilior aut indulgentior traditur: eaq; momenta domesti  
ci ad aliquid petendum magnopere captabant.

De Iocis post coenam et quibusdam facetis dictis ipsius.

¶ **L**super coenā autem et semper alias comissimus multa ioco trā  
sigebat. Erat enim dicacitatis plurimae: et sic scurrilis ac sordi  
dae: vt ne praetertatis qdem verbis abstineret: et tamen nonnulla eius fa  
cetissima extat: i qbus et hoc. Odorium florū consularem admonitus  
ab eo plaustra potius qz plostra dicenda: postero die flaurum salutavit.  
Expugnatus autem a quadā quasi amore suo deperiret: quū pductae p  
cōcubitu sestertia quadraginta donasset: admonēte dispēsatore quēadmo  
dū summā ratōnibus vellit iferri Espaniano inquit adamato.

De versibus graecis p̄ eum editis: et aliis iocis et facetis dictis ei⁹.

¶ **L**ebatur et versibus graecis tempestue satis: et de quodam pro  
caerae staturaē iprobiusq; nato

Et de Lerulo liberto: qui diues admodū ob sub  
terfugiendum quandoq; ius fisci ī genuū se: et Lachetem mutato nomine  
cooperat eferre

¶ **E**t maxime tamen dicacitatem i deformibus lucris af  
fectabat: vt iuidiam aliqua cauillatōne dilueret: transferretq; ad sales:  
Quēdam e charis ministris dispēsationem cuidam quasi fratri petentē:  
quim distulisset: ipsum candidatum ad se vocavit: exactaq; pecunia: quā  
ta is cum suffragatore suo pepigerat: sine mora ordinavit. Interpellanti  
mox ministro alium tibi ait quaere fratrem: hic quem tuum putas me  
us est. Auditionem i itinere quodam suspicatus ad calciandas mulas de  
silisse: vt adeunti litigatori spacium moramq; p̄aeberet: interrogauit  
quanti calciasset: pactusq; est lucri partem. Reprehendenti filio Lito  
q; etiam vrinae vectigal commentus esset: pecuniam ex prima pēsione ad  
mouit ad nares: sciscitans num odore offenderetur: et illo negante: atqui  
inquit e lotio est. Nunciantes legatos decretam ei publice non medio  
cris summae statuam colosseam iussit vel continuo ponerent cauam ma  
num ostent. ins: et paratam basim dicens. Ac ne in metu quidem ac pe-

## Titus imperator.

riculo mortis extremo abstinuit iocis: nam quum inter prodigia caetera Mausoleum Laesarum drepente patueret: et stella in caelo crinita appa-  
rueret: alitez ad Juniam Caluinam e gente Augusti pertinere dicebat: alterum  
ad parthorum regem q capillat' esset: prima quoqz morbi accessione ut iquit  
puto: deus fio. De infirmitate et morte eiusdem.

**Deg f.**  
Onsulatu suo nono tentatus in campania motuculis levibz: ac  
protin' vrbe repetita cutillas ac reatina rura: vbi aestuare quotā  
nis solebat: petuit. Hic quū super vrgentē valitudinē creberrimo frigidae  
aquea usu etiam intestina viciasset: nec eo minus munieribus imperatoris  
ex consuetudine fungeretur: ut etiam legationes audiret cubans alio repē-  
te usqz ad defectionem soluta imperatorem aut stantem mori oportere.  
Dumqz consurgit: ac ntitur inter manus subleuantium extintus est. viij.  
kal. iul. anuz gerens aetatis sexagesimū ac nonuz superqz mensem ac diē  
septimum.

### De certitudine eius circa filios successores.

Onuenit inter omēs tā certū euz de sua suoqz genitura semp fu-  
isse: ut post assiduas in se coniuratōnes ausus sit affirmare senatui  
aut filios sibi successuros aut neminem. Dicitur etiā vidisse quādam per  
quietē staterā i media parte vestibuli palatinae dom' positā examine ae-  
quo: cū in altera lance Claudioz & Nero starent: in altera ipse ac filij: nec  
res fecellit: quādo totidem annis pariqz tēporis spacio utriqz impauerūt.

28

**L A J J S U E T O N I J J T R A I A N Q U I L L Z Z J B E R**  
**V A N D E L Z M U S Z J R E J P J E .**

**D J E A S Z J Z A S Z M P E R A Z O R A G S V l t u s .**

**Z L U S** Lognomie paterno amoꝝ ac deliciae gene-  
tū: sordidissimis corporis humani tantum illi ad promerendam omnīū nolū  
amissione curvata: vel ingeniū vel artis vel fortunae superfuit: et quod  
difficilimum est i imperio quando priuatus: atqz etiā  
sub patre principe: ne odio quidem nedum intuperati-  
one publica caruit.

### De Naturitate Titii et eius educatione.

Atus est. iij. kal. ianuarij insigni anno Laiana nece prope septizo-  
num sordidis aedibus: cubiculo vero perparuo et obscurō: nā ma-  
net adhuc: et ostenditur. Educatus in Aula cuz Britannico simul: ac pa-  
ribus disciplinis et apud eosdem magistros institutus. Quo quidem tem-  
pore aiūt Observcopum a Narciso Claudi liberto adhibitū ut Bri-  
tannicum īspiceret: constantissime affirmasse illum quidem nullo modo:  
caeterum Titum: qui tunc prope astabat utiqz imperatuz. Erant autem  
adeo familiares: ut de potionē qua britanicus hausta periit: Titus quo  
qz iuxta cubans gustasse credatur: grauiqz morbo afflictus diu. Qnorū  
oīum mox memor statuam ei auream in palatio posuit: et alterā ex ebore

Titus Vespasianus

p. iiij.

## Undecimus liber.

equestre: quae circensi popa hodie quoqz praesert: dedicavit: psecutqz  
De virtutibus et scientiis eiusdem. est.  
i. In puro statu corporis ainqz dotes explenderunt magis ac magis:  
deinceps per aetatis gradus forma egregia: et cui non minus au-  
ctoritatis iesset: qz gracie: praecipuum robur: qzqz neqz procaera statura:  
et uentre paulo projectiore: memoria singularis: docilitas ad omnes fere  
tum belli tum pacis artes: armorum et equitandi peritissimus: latinae  
graecaeqz linguae uel in orando: vel in figendis poematibus promptus et  
facilis ad extemporalitatem usqz: sed ne musicae quidem rudis: ut qui ca-  
taret: et psalleret iucunde scienterqz. Et pluribus compri: notis quaeqz  
excipere uelocissime solitus: cum amanuensibus suis per ludum iocuqz  
certantem imitariqz chirographa quaecunqz vidisset: ac pfitri saepe  
se maximu falsarium esse potuisse.

*Ab rebus* De Officiis et studio ac moribus eius et aliis gestis.

t. Ribinus militum et in germania et in britannia meruit summa i-  
dustria: nec minore modestia et fama sicut appareret: ex imaginum  
eius multitudine ac titulis per vtranqz prouinciam. Post stipendia foro  
operam dedit honestam magis qz assiduam. Eodemqz tempore Arricidi  
am Tertulo patre equite ro. sed praefecto quodam praetorianaz cohorti-  
um duxit uxorem: et in defunctae locum Aldartiam Suluiam splendidi  
generis: cum qua sublata filia diuortium fecit. Ex quaesturae deinde ho-  
nore legioni praepositus thracias et gamala uerbes validissimas iudeae  
in potestate redigit: equo quadam acie sub foeminibz amissio: alteroqz isce-  
so: cuius rector contra se dimicatis occubuerat.

De Victoria ciuitatis ierusalem: et aliis gestis eius.

g. Alba mox tenente remp. missus ad gratulandum quaqua iret co-  
vertit homines: quasi adoptionis gratia arcessereur. Sed ubi  
turbari rursus cuncta sensit: rediit ex itinere: aditoqz Daphiae ueneris ora  
culo dum de nauigatione consuluit: etiam de imperij spe confirmatus est:  
Quius breui compos et ad perdomandam iudeam relictus nouissima  
hierosolimoz oppugnatione. xii. propugnatores totidem sagittaz cōfe-  
cit ictibus: cepitqz eam natali filiae suae tanto militum gaudio ac fauore:  
ut in gratulatione imperatorem eum consalutauerint: et subinde deceden-  
tem prouincia detinuerint: suppliciter nec no et minaciter efflagitates aut  
remaneret aut secū omnes pariter abduceret: unde nata suspicio est: quasi  
desciscere a patre: orientisqz regnum sibi vēdicare tentasset. Quam suspi-  
cionem auxit postqz Alexandriā petens in consecrando apud Adēphim  
boue api diadema gestauit. De more siquidem rituqz priscae religionis.  
sed non deerant: qui secus interpretarētur. Quare festinans in italiā  
quum Regium dein puteolos oneraria naue appulisset: Romā inde con-  
tendit expeditissimus: in opinantiqz patri velut arguens rumoz de se te-  
meritatē veni inquit pater veni.

De Administratione p̄cipiat cū patre et aliis gestis in ea:

n. Eqz ex eo destitit participem atqz etiam tutorem imperij agere.

## Titus imperator.

Triumphauit cum patre: censuramq; gessit vna: eidem collega et in tribunicia potestate: et in septem consulatibus fuit. Receptaq; ad se prope omnium officiorum cura quum patris nomine et epistolas ipse dictaret: et edicta conscriberet: orationesq; in senatu recitaret: etiam quaestoris vice: praefecturam quoq; praetorij suscepit: nunquam ad id tempus nisi ab equite romano administratam. Egitq; aliquando incivilius et violenter: siquidem suspectissimum quemq; sibi submissis: qui per theatra et castra quasi consensu ad poenam deposerent: haud cunctater oppressit. In his autem Lecinam consularem virum vocatum ad coenam: ac vix dum triclinio egressum confodi iussit. Sane urgente discrimine quum etiam chirographum eius praeparatae apud milites coniuratōnis depraebebat: quibus rebus sicut in posterum securitati satis cauit: ita ad praesens plurimum contraxit inuidiae: ut non temere quis tam aduerso rymore magisq; inuitis omnibus transierit ad principatum.

### De suspitione vitiorum conuersa in laudem suam et de gratia et magnificētia eius.

**P**raeter saeuiciam suspecta in eo etiam luxuria erat: q; ad mediā noctem comedationes cum profusissimo quoq; familiarium extenderet. Nec minus libido: propter exoletoꝝ et spadonum greges: ppter q; insignem reginae Beronices amorem: cui etiam nuptias pollicitus se rebatur. Suspecta et rapacitas q; constabat in cōcionibus patris nudinari premariq; solitum: deinde propalam alium Neronem et opinabantur: et etiam praedicabant. At illi ea fama pro bono cessit: conuersaq; est in maximas laudes: neq; ullo uitio reperto et contra uirtutibus summis. Coniuia instituit incunda magis q; profusa: amicos elegit: quibus etiā post eum principes: ut et sibi et reip. necessariis acquireuerunt: praecipue q; sunt usi Beronicem statim ab urbe dimisit inuitus inuitam. Quos dāe gratissimis delicatoꝝ quanq; tam artifices saltationis ut mox scaenam tenuerint: non modo fouere prolixius: sed spectare omnino publico in coetu supersedit. Nulli ciuium quicq; ademit: abstinuit alieno: ut si quis vñquam. Ac ne concessas quidem ac solitas collationes recepit. Et tamen nemine ante se munificentia minor. Amphitheatro dedicato thermisq; iuxta celeriter extrectis munus edidit apparatusq; largissimumq;: dedit et nauale proelium i vteri naumachia: ibidem et gladiatores atq; uno die quinq; milia omne genus ferarum.

### De liberalitate et ciuibus gestis eius.

**N**atura aut̄ beniuolentissimus: quū ex instituto Tiberij om̄es de hinc Caesares beneficia a superibus concessa principibus aliter non haberent: q; si eadē iisdem et ipsi dedissent: primus praeterita omnia uno confirmauit edicto: nec a se peti passus ē. In caeteris vero desideriis animum hominum obstinatissime tenuit: ne quem sine spe dimitteret: quin et admonentibus domesticis quasi plura polliceretur: q; praestare posset: non oportere ait quenq; a sermone principis tristem discedere: atque etiam recordatus quondam super coenam: q; ni-

## Vndecimus liber.

bil cuiqz toto die praestisset: memorabilem illam meritoqz laudandam uocem edidit: Amici diem perdidit. Populum in primis uniuersum tanta per omnes occasions comitate tractauit: ut proposito gladiatorio mu- nere nō ad suū sed ad spectantum arbitriū edituz se professus sit. Et pla ne ita fecit: nāz neqz negavit quicqz potentibus: et ut quae vellent peteret: vltro adhortatus est: quin et studium armaturae thracum p̄a se ferens saepe cum populo et voce et gessu ut fautor: cauillatus est. Verum maie state salua nec minus aegtate: ne quid popularitatis praetermitteret: non nūqz i thermis suis admissa plebe lauit. Quaedam sub eo fortuita ac tri stia acciderunt: vt conflagratio Euseui montis i cāpania: et icendū Ro mae per tridū totidēmqz noctes: Item pestilentia quāta nō temere ali as. In his tot aduersis ac talibus nō modo principis sollicitudinem sed et parentis affectum vnicum praestitit: nūc consolando p edicta: nūc opi tulando quatenus suppeteret facultas. Curatores restituendae cāpaniae e consularium numero sorte duxit. Bona oppressoz i veseuo: quoꝝ hae redes nō restabant restitutōni as flictaz ciuitatū attribuit. Urbis icēdio nihil nisi sibi perisse testatus est publice: cūcta praetoriorū suorum orna menta operibus ac templis destinavit: praeposuit complures ex equestri ordine: quo quaeqz maturius peragerentur. Ad dedēdae valitudini lenien disqz morbis nullā diuinā humānāqz opem nō adhibuit iquisito omīuz sacrificioꝝ remedioꝝqz genere. Inter aduersa tempoz et delatores man datoresqz erāt ex licentia veteri: hos assidue i foro flagellis ac fustibus caesos: ac nouissime traductos p āphitheatri arenā parti subiici i seruos ac venire iperauit: parti i aspima iſulaz aduebi. Utqz ēt similia quādoqz ausuros ppetuo coereeret. Utuit inter caetera de eadem re pluribus le gibus agi: quaerine de cuiusqz defunctoz statu vltra certos annos.

### De Clāmentia et mansuetudine eius.

¶ Ontificatum maximū ideo se professus accipere vt puras serua ret manus: fidem praestitit: nec auctor posthac cuiusqz necis nec conscius: quāuis interdum vlcis cēdi causā nō decesset: sed perituz se poti us: qz punituz: adiurans duos patricij generis conuictos in affectatōne imperij nihil amplius qz vt desisterent: monuit: dicens principatum fati dari: si quod praeterea desiderarent, pmittens se tributū: et confessim quidem ad alterius matremqz procul aberat cursores suos misit: qui an xiae filium saluū nūciarent. Laeterū ipsos nō solū familiari coenae adhi buit: sed et insequenti die gladiatoriū spectaculo circa se ex industria col locatis: oblata sibi ornamenti pugnantū inspicienda porzerit. Dicit ēt cognita vtriusqz genitura imminere ambobus periculum affirmasse: ven turū quoqz: et ab alio: sicut evenit. Fratrem insidiari sibi non desinentē: sed pene ex professo sollicitantem exercitus: meditantem fugam: nec occi dere neqz seponere ac ne in minore quidem honore habere sustinuit. H̄z vt a primo imperij die consortem successoremqz testari perseverauit: nō nunqz secreto lachrymis et præcibus orans vt tandem mutuo erga se a nimio vellet esse.

# Domitianus imperator.

91

De morte eius et gestis tunc per eum.

i M<sup>er</sup>ter haec morte praeuentus est maiore hominū dāmno qz suo. spectaculis absolutis: in quoz fine populo coram: ybertim fleuerat: sabinos petit aliquāto tristior: qz sacrificanti h ostia aufugerat: qz qz tempestate serena tonuerat. Deinde ad primam statim māisionem febrim nactus: quum inde lectica trāsferretur: suspexisse dicitur dimotis palulis caelum multumqz conquestus eripi sibi uitam immerēti: neqz enī extare ullum suum factū poenitēdum excepto dūtarat uno: id quale fuerit neqz ipse tunc prodidit: neqz cuiqz facile snccurrir. Quidam opinātur cōsueu dinē recordatū: quā cū fratriis uxore habuerit: sed nullā habuisse p<sup>ro</sup>sanc<sup>te</sup> Domitia iurabat haud negatura siqua oīo fuisse: imo ēt gloriatura qd il li p<sup>ro</sup>p<sup>ri</sup>tissimū erat i omib<sup>us</sup> pbis.

De loco & tempore mortis ei⁹ & laudib⁹ senatus.

e Ecessit in eadem qua pater villa idibus septēbris post biēnum & mēses duos diesqz. xx. qz succeſſerat patri altero & quadragesimo aetatis anno. Quod ut palam factum est: non secus atqz in domestico luctu moe rentibus publice cūctis. Senatus priusqz edicto cōuocaret: ad curiā cō currit: obseratisqz adhuc forib⁹: deinde aptis tantas mortuo gratias egit laudesqz: cōgeſſit quātas nec uiuo qdē unquā atqz praesenti.

L A Y Y S U E T O N I Y Y T R A N Q U I L L Y Y L Y B e r  
D A D D E L Y M U S Y N E Y P Y L .

D Y G A S S L A V Y S D O M I N Y T Y A R Y S imperator.

De Matinitate Domitianī et gestis eius in adolescentia.

D O M I N Y T Y A R Y S Natus ē. ix. kal. nouēbris patre consule designato inituroqz mense insequenti honorē: regione vrbis sexta ad malū punicum domo quā postea in templum gentis flaviae conuertit. Pu bertatis ac primae adolescentiae tempora tanta inopia: tataeqz ifamia geſſisse fertur: vt nullum vas argēte um in usu haberet. Satisqz constat Clodius Pollio nem praetoriū virū: in quem ē poema Neronis: quod inscribitur Luscio: chirographum eius conseruasse et nōnunqz protulisse noctem sibi policētis: nec defuerunt qui affirmarent corruptum Domitianum et a Nera successore morū suo. Bello viteliano confugit in capitolium cū patruo Sabino ac parte p<sup>re</sup> sentium copiarum. Sed irrūpentibus aduersariis et ardēte templo apud aeditum clam pernoctauit: ac mane isiaci celatus habitu interqz sacrificulos vanae superstitionis: quū se trans tyberim ad cōdiscipuli sui matrē comite uno cōtulisset: ita latuit: vt scrutatib⁹ qui uestigia subsecuti erant: depræhendi non potuerit. Post victoriam demū progressus: et Caesar cōsalutat⁹ honore p<sup>ra</sup>eturae vrbanae cū cōsulari potestate suscepit titulo

scripsi

## Duodecimus liber.

tenus: quam iurisditōnem ad collegam proximū trāstulit. Laeterū omnē  
vīm dominatōnis tam licenter exercuit vt iam tum qualis futurus esset:  
ostenderet. Ne exequar singula contrectatis multoꝝ vxoribus Domitiā  
Longinam Aelio lamiae nuptam ēt ī matrimoniuꝝ abduxit: atqꝝ vno die  
super. xx. vrbana officia atqꝝ peregrina distribuit: Undirari se Vespasiano  
dictitante: qꝝ successorem non et sibi mitteret.

Item de gestis per eum ante p̄cipiatum.

e **E**xpeditōnem quoqꝝ ī Galliam germaniasqꝝ neqꝝ necessariam &  
dissuadentibus paternis amicis ichoauit tantum: vt fratri se & o-  
peribus et dignatōne adaequaret. Ob haec correctus quo magis et aeta-  
tis et cōditōnis admoneret: habitabat cū patre vna: sellamqꝝ eius ac fra-  
tris quotiens pdirēt: lectica sequebat: ac triumphum vtriusqꝝ iudicium  
equo albo comitatus est: i sex consulatibus non nisi vnum ordinariū ges-  
sit: eumqꝝ cedente et suffragante fratre. Simulauit et ip̄e mire modestiā.  
In primisqꝝ poeticae studium tam iſuetum antea sibi qꝝ postea spretum  
et abiectum: recitauitqꝝ ēt publice. Nec tamen eo seciū quum Elogie-  
sus parthorum rex auxilia aduersus alanos: ducemqꝝ alterum ex Vespasi-  
ani liberis depoposcisset: omni ope contendit: vt ip̄e potissimū mittere-  
tur: et quia discussa res ē: alios orientis reges vt idem postularent: donis  
ac pollicitōnibus sollicitare tentauit. Patre defuncto diu cunctatus an-  
duplum donatiū militi donaret: nūquā iactare dubitauit relictum se p̄ci-  
pem iperij: sed fraudem testamento adhibitam. Neqꝝ cessauit ex eo iſi-  
dias struere fratri clam palamqꝝ: quoad corruptum graui valitudine pri-  
us qꝝ plane efflaret animā: pro mortuo deserí iussit: defunctūqꝝ nullo praे-  
ter qꝝ consecratōnis honore dignatus: saepe etiam carpsit obliquis orati-  
onibus et edictis.

De gestis per eum ī initio p̄cipiatuſ.

i **A**pter initia p̄cipiatuſ quottidie secretum sibi horarium sumere  
solebat: nec quicquā āplius qꝝ muscas captare ac stilo p̄aecacuto  
configere: vt cuidam īterroganti esset ne quis itus cum Læsare: nō absur-  
de responsum sit a Cibio Crispone musca quidem. Deinde uxorem suā  
Domitiam ex qua in secundo suo consulatu filium tulerat: alteroqꝝ anno  
consalutauerat: vt Augustam: eandem paridis histrionis amore deperi-  
tam repudiauit: utraqꝝ breue tempus ipatiens dissidiij quasi efflagitante  
populo redurit. Circa administratiōnem iperij aliquādiu se varium p̄ae-  
stitit: mixtura quoqꝝ aequabili vitoꝝ atqꝝ virtutū: donec virtutes quo-  
qꝝ ī vitia deflexit: quantum coniectare licet super īgeniū naturam: ī opia  
rapax: metu saeuus.

De spectaculis per eum editis et liberalitate eius ad populuꝝ.

s **S**pectacula magnifica assidue et sumptuosa edidit nō in amphitheatro modo: verū et in circō: vbi praeter solēnes bigarum qua-  
drigariūqꝝ cursus: proelium duplex ēt equestre ac pedestre cōmisit: Ac in  
amphitheatro nauale quoqꝝ. Nam venatōnes gladiatoresqꝝ et noc-  
tibus ad lychnos: nec viorū modo pugnas: sed et foeminaz. Praete-

## Domicianus imperator.

92

rea quaestoriis muneribus quae oī omissa reuocauerat: ita semp interfu-  
it: ut populo potestatē faceret bina paria e suo ludo postulandi: quae no-  
uissima aulico apparatu induceret. Ac per omne gladiatorum spectaculū  
ante pedes eius stabat puerulus coccinatus portentuoso paruoqz capite:  
cū quo plurimū fabulabatur nonnūquā serio. Auditus est certe dū ex eo  
quaerit: ecquid sciret: et qd sibi visum esset: ordinatōne prima aegypto  
praeficere ~~Q~~uetium Russum. Edidit nauales pugnas pene iustarū clasī  
um effosso et circūducto iuxta Tyberim lacu: atqz iter maximos imbres  
pspectauit. Fecit et ludos saeculares computata ratōne temporū ab an-  
no: nō quo Claudiuſ prime: sed quo oīlī auguſtus ediderat. In his cir-  
censiuſ die: quo facilius centum missus pagerentur: singulos a septenis  
spaciis ad quina corripuit. Instituit et quinquenale certamen capitolino.  
Iou triplex: Musicum: Equeſtre: gymnicum: et aliquanto pluriū qz nūc  
ē coronatoꝝ. Certabatur ēt et prosa oratōne graece latineqz: ac præter ci-  
tharoedos chorocitharistae quoqz et psallocytharistae. In stadio vero  
cursu ēt virginis certamini præsedidit crepidatus purpureaqz amictus to-  
ga graecanica: capite gestans coronam auream cum effigie Iouis ac Ju-  
nonis ~~M~~ineruaeꝝ: assidentibus Diali ſacerdote et collegio flauialium  
pari habitu: niſi q illoꝝ coronis inerat et ipsius imago. Celebrabat ⁊ in  
albano quotānis quiquatria mineruae: cui collegium instituerat: ex quo  
ſorte ducti magisterio fungerentur: redderentqz erimias venatōnes et  
ſcaenicos ludos: ſuperqz oratorum ac poetarum certamina. Longiarū  
populo nummoꝝ trecentorum ter dedit: atqz inter ſpectacula muneris lar-  
giffimum epulum: ſeptimōtiali ſacrorum quidem: ſenatui equitiqz pana-  
riis: plebei ſportellis cum obſonio diſtributis. Initium vescendi primus  
fecit: dieqz proximo omne genus rerum miſilia ſparsit: et quia pars mā  
ior intra popularia dēciderat: quiquagenas tefſeras in singulos cuneos  
equeſtris ac ſenatorij ordinis pronunciauit.

De operibus publicis per eū editis.

Lurima et amplissima opera incendio abſumpta restituit: i quis  
et capitolium quod rursus arſerat: ſed omnia ſub titulo tantum  
ſuo: ac ſine vlla pŕiſini auctoris memoria. Nouam autem excitauit aedē  
in capitolio custodi iou: et forum quod nunc Flaviae vocatur. Item Fla-  
viae templū gentis: et ſtadium et methodium: et naumachiam: e cuius po-  
ſtea lapide maximus circus deuſtis vtrinque lateribus extrectus eſt.

De expeditōnibus per eum ſuceptis.

Xpeditōnes partim ſponte ſucepti: partim neceſſario: ſponte in  
cattos: neceſſario vnam in ſarmatas legione cum legato ſimil  
caela: in dacos duas: pŕimā Oppio ſabino cōſulari oppreſſo: ſecondam  
Cornelio fuſco praefecto cohōtiū pŕtorianaꝝ: cui bellī ſumma cōmiferat.  
De cattis dacisqz: poſt varia proelia dupliſem triumphū egit. De ſarma-  
tis lauream modo capitolino Iouiretulit. Bellum ciuile motum a. L.  
Antonio ſuperioris germaniae praefide cōfecit abſens foelicitate mira:  
quā ipa dimicatiōis hora reſolutus repete rhenus traſiuras ad Antoniū

*Augustus*

*Aug  
20  
et  
et H*

*Caly  
Magistris ſuceptis*

*Aedificia*

*Neruae ſucri*

## Duodecimus liber.

copias barbarorum exhibuerat: de qua victoria prius praesagiis quod nuncius comperit. Siquidem ipso quo dimicatum est die statuam eius Romae in signis aquila circumplexa pennis clangores. Laetissimos edidit: paulo quod post occisum Antonium adeo vulgatum est: ut caput ei quoque apparetum vidisse se plerique contenderent.

*De quibusdam constitutis et ordinatis per eum.*

**m**ulta etiam in communis rerum usu nouauit: sportulas publicas sustulit: reuocata coenaz rectarum consuetudine: duas circenses gregum factones aurati purpurei que panni ad quattuor pristinas addidit. Interdixit histri onibus scaenam: ita domum quidem exercendi arte iure concessit. Estrari mares vetuit: spadonum qui residui apud magones erant: pretia moderatus est. Ad summam quoddam libertatem vini frumenti vero inopia ex stimans nimio vineaz studio neglegi arua: edixit ne quis in italia nouella ret: utque in provinciis vineta succideretur: relicta ubi plurimum dimidia parte: nec exequi rem perseuerauit. Quaedam ex maximis officiis iter libertos militesque romanos comunicauit: geminari legionum castra prohibuit: nec plusquam mille numeros a quoque ad signa deponi. q. L. Antonius apud duarum legionum hiberna res nouas moliens fiduciam cepisse est ex depositorum summa videbat: addidit et quartum stipendium militi aureos ternos.

*De diligentia et industria in iure dicendo et aliis gestis eius.*

**i**us diligenter et industrie dixit: plaeurumque et in foro pro tribunali extra ordinem: ambitosas ceterum virorum sententias rescidit. Recuperatores: ne se semper persuasoris assertionibus accommodarent: id est idem ammouit. Numarios iudices cum suo quemque consilio notauit. Auctor et Tr. pl. fuit aedilem sordidum repetundarum accusandi: iudicesque in eum a se natu petendi. Registribus quoque virbicus provinciarumque praesidibus coercendis tantum curae adhibuit: ut neque modestiores vñque: neque iustiores extiterint: ergo bus plaerosisque post illum reos omium criminum vidi mus. Suscepta morum correctione licentiam theatram promiscue in egte spectaci inhibuit. Scripta famosa vulgoque edita quod primores viri ac foeminae notabantur aboleuit non sine auctorum ignominia. Quaestoriū virum quod gesticulandi saltandi que studio teneretur: mouit senatu. Probris foeminis lecticae usum ademit: iusque capieendi legata haereditatesque. Eodem ro. ob reductam in matrimonium uxorem cui dimissae adulterij crimen intenderat: erasit iudicium albo. Quosdam ex utroque ordine lege scatinia condemnavit. Incesta vestalium virginum a patre suo et fratre negligita varie ac severo coercuit: priora capitali supplicio: posteriora more veteri. Nam cum ocelatis sororibus: item varonillae liberum mortis per misisset arbitrium: corruptoresque earum relegasset: mox Corneliam virginem maximam absolutam oli: debic longo iteru alio repetitam atque coniunctam defodi iperauit. Stupratoresque virgis in comitio ad necem caedi excepto praetorio viro: cui dubia est tum causa et incertis quaestionibz atque tormentis de semet professo exilium induxit: ac ne qua religio deum

# Domitianus imperator.

93

impune contaminaret: monumētum quod libertus eius e lapidibus tem  
plo capitolini iouis destinatis filio construxerat: diruit per milites: ossa  
qz et reliquias quae inerant: mari mersit.

De clāmētia et largitate in initio p̄cipatus.

I Nter initia usqz adeo ab omni caede abhorrebat: ut absente ad-  
huc patre recordatus Virgilij versum: Impia qz caesis gens est epula-  
ta iunēcis: edicere destinauerit ne boues immolarēt. Cupiditatis quoqz  
atqz auariciae vix suspicionem vllam: aut priuatus unqz: aut princeps ali  
quandiu dedit: immo e diuerso magna saepe nō abstinentiae modo: sed  
etiam liberalitatis experimēta. Omnes circa se largissime p̄secutus nihil  
prius aut acrius monuit qz ne quid sordide facerent: relictas sibi haere-  
ditates ab his quibus liberi erant: non recepit. Legatum etiā ex testamen-  
to Rusci Leponis: qui cauerat: ut quotannis ingrediētibus curiā senato-  
ribus certam summā viritudinē praestaret haeres suus: irritū fecit. Reos q  
ante qnquennū proximum apud aerarium pependissent: vniuersos discri-  
mine liberauit: nec repeti nisi intra annum eaqz condicione permisit: ut ac-  
cusatori qui causam nō teneret: exilium poena esset. Scribas quaestorios  
negociantes ex consuetudine sed contra clodium legem: yenia in praeteri-  
tum donauit. Subcisia quae diuisis per ueteranos agris carptim super-  
fuerunt veteribus possessoribus: ut usucpta conceffit: fiscales calumnias  
magna calumniantium poena repressit: ferebaturqz uox ei⁹: princeps qui  
delatores non castigat: irritat.

De Saeuicia et crudelitate ei⁹ contra plurimos.

I Ed neqz in clāmētiae neqz i abstinentiae tenore pm̄asit: et tamē  
aliquanto celerius ad saeuiciam descivit qz ad cupiditatē. Disci-  
pulum Paridis pantomimi puberem adhuc etiam tū maxime aegrū: q  
arte formaqz nō absimilis magistro videbatur: occidit. Itē hermogenē  
tar sensez propter quasdam in historia figuraz: librariis etiā qui eam de-  
scriperant crucifixis. Patrem familias qz Thracem Mirmiloni parem:  
munerario imparem dixerat: detractum e spectaculis in arenam canibus  
obiecit cū hoc titulo: impie locutus parmularius. Complures senatores  
in his aliquot consulares interemit: ex quibus ciuicam caerealem in ipso  
asiae proconsulatu: Galuidienum Orfutum: Acilium Habrionem exilio  
quasi moltores nouaz reruz. Laeteros leuissima quenqz de causa: Aeliu⁹  
Zamiam ob suspiciosos quidem: vez et veteres et inorios iocos: q post  
abductā vrozē laudanti vocem suā heu taceo dixerat: qz Tito hortanti  
se ad alterum matrimonii respōderat

Galium Oceanum; q Othonis iperatoris patrui sui diem natalem  
celebrauerat: Metum P̄doposianū: q habere iperatoriam genesim vul-  
go ferebatur: et q depictū orbem terrae in membranas: concionesqz re-  
gum ac ducum ex Tito lūlio circūferret: qz seruis nomina M̄agonis et  
Hāibalis indidisset: Galustum luculum Britāniae legatum: q läceas  
nouae formae appellari luculeas passus esset. Junium rusticum: q Meti  
Thraseae et Eluidij prisci laudes edidisset: appellassetqz eos sanctissimos

A lig larmia

S aluij m̄areas

q.i

## Duodecimus liber.

viros: cuius criminis occasione philosophos omnes urbe Italiaq; sum: mouit. Occidit et Eluidum filium: q; quasi scenico ex odio sub perso: na Paridis et Denones diuortium suum cū uxore tractasset. Elanum sa: binū alterū e patruelibus: q; eū comitōrū consulariū die destinatum ppe: rā preco nō consulem ad populum: sed imperatorem pñūciasset. Verum aliquanto post civilis belli victoriam saeuior plerosq; partis aduersae: dudum etiam latentes consciens inuestigato nouo quaestione generē di: storsit: immisso per obscena igne: nonnullis et manus amputauit: satisq; constat duos solos e notioribus venia donatos tribunum laticlaviū t cē: turionem: qui se quo facilius expertes culpae ostenderent: impudicos p: bauerāt: et ob id neq; apud ducē: nec apud milites vlli? momēti ēē potu: Item de saeucia et crudelitate eiusdem.

e Rat autem non solum magnae: sed t callidae iopinataeq; saeui: ciae. Auctorem summaz pridie q; crucifigeret i cubiculum voca: uit: assidere i thoro iuxta coegit: securum hilaremq; dimisit: partibus ēt: de coena dignatus est. Aretinum Clamentem consularem vij e familia: ribus et emissarius suis capitil cōdemnaturus i eadem vel ēt i maiore gra: tia habuit: quoad nouissime simul gestanti: conspecto delatore eius: vis i: quid hunc nequissimum seruum cras audiamus: Et quo contentius abu: teretur patientia hominū: nunq; tristiorē sententiā sine praefatōne clae: mentiae pronūciauit: vt non aliud iam certius atrocis exitus signum ēēt: q; p̄cipij lenitas. Quosdam maiestatis reos i curiam idurerat: et cum: praedixisset experturum se illa die q; charus senatui esset: facile perfe: rat: vt ēt more maiorū puniendi condemnarentur. deinde atrocitate poe: nae conterritus ad leniendā iudicā itercessit his verbis: neq; enim ab: re fuerit ipsa cognoscere. permittite patres conscripti a pietate vestra im: petrari: quod scio me difficulter ipetraturum: vt damnatis liberū mortis: arbitrium idulgeatis. Nam et parceris oculis vestris: et itelligēt me om: nes senatui interfuisse.

De rapinis et extorsionibus et aliis gestis ei?

Milium numero 29  
Adolescens m-7

e Exhaustus operum ac munerum ipensis stipendioq; quod adie: cerat: tentauit quidem ad releuandos castrenses sumptus mili: tum numerū diminuere. sed cum obnoxium se barbaris per hoc aīaduer: teret: neq; ferius eo i explicandis oneribus omnibus haereret: nihil penit: habuit: quin praedaretur omni modo. bona viuoꝝ ac mortuoꝝ usq; qua: q; quolibet et accusatore t crimine corripiebātur. Satis erat obiici qua: lecunq; factum dictumq; aduersus maiestatem p̄cipis. confiscabantur: alienissimae haereditates vel existente uno: q diceret audisse se ex defunc: to eum viueret haeredem sibi Laesarem esse. præter caetoros iudaicus: fiscus acerbissime actus est: ad quem deferebantur: qui velut p̄fessi in: daicam itra urbem: viuerent vitam: vel dissimulata origine, iposita genti: tributa non pependissent. Interfuisse me adolescentulum memini quū a: p̄curatore frequentissimoq; consilio i spiceretur nonagenarius senex an: circulectus esset. Ab iuuentia minime civilis animi confidens ēt et tu ver:

Iudicay fīs

g v

C. m. s. ch.

C. m. M

# Domitianus imperator.

bis tum rebus immodicus. Lenidi patris concubinae ex histria reuersae osculumqz ut assueuerat offereti manu praebuit. Henerum fratri indigne ferens albatos et ipsum ministros habere: p clamauit.

*ImoG amon* De elatione et vanagloria eiusdem.  
 Rincipatum vero adeptus neqz in senatu iactare dubitauit: et patri se & fratri imperium dedisse: illos sibi reddidisse. Necqz i reducenda post diuortum vxore edicere vocatam eam in puluinar suu. acclamari etiam in amphitheatro epulari die libenter audiit domino et domiae foeliciter: sed et capitolino certamine cuctos ingenti consensu precan tes: ut palfuriu suram restitueret pulsam olim senatu ac tuc de oratori bus coronatum nullo responso dignatus tacere tantummodo iussit voce preconis. Habi arrogantia quum procuratorum suo nomine formalem dictaret epistolam sic coepit. Dominus et deus noster sic fieri iubet: unde institutum posthac ut ne scripto quidem ac sermone cuiusqz appella retur aliter. Statuas sibi in capitolio no nisi aureas et argenteas ponip misit ac ponderis certi. Janos arcusqz cum quadrigis et insignibus triu phorum per regiones vrbis tantos aut tot extruxit: ut cuidam graece in scriptum arcui sit: consulatus. xvij. cepit: quot ante eum nemo: ex qbus septem medios continuauit. omes aut pene titulo tenus gessit: Nec quenqz ultra kalendas maij. plures ad idus vsqz ianuarias. Post autem duos tri umphos Hermanici cognomine assumpto septembrem mesem et octobrem ex appellatoniis suis germanicu domitianuqz transnominauit: q altero suscepisset iperiu: altero natus esset.

*Strom* De cōiuratōe cōtra eū facta: & suspicione mortis quā habebat.  
*Part* Er haec terribilis cūctis et iuisus tandem oppressus est amicoz libertozqz intimoz cōspiratione simul et vxoris: annum diēqz ultimū vitae iampridem suspectum habebat: horam etiā necnō et genus mortis. Adolescentulo caldae cuncta praedixerant. Pater quoqz super coenā quodā fūgis abstinentē palā irriserat ut ignay sortis suae: q nō ferri potius timeret. Quare panidus semper atqz axius minimis ēt suspicio nibus praeter modum cōmouebatur: ut edicti de excidendis vineis ppositi gratiā facere: non alia magis re compulsus credat: qz q sparsi libelli cum his versibus erant. eadem formidine oblatum a senatu nouum et excogitatum honorem qzqz oīum talium ap petentissimus recusavit: quo decretum erat: ut quotiens gereret consula tum egres ro. quibus sors obtigisset: trabeati et cum hastis militaribus praecedenter eum inter lictores apparitoresqz. Tempore quoqz suspecti periculi appropinquante sollicitior in dies porticum: in quibus spaciari consueuerat parietes phengite lapide distinxit: e cuius splendore per im ages quicqd a tergo fieret: prouideret. Et nec nisi secreto atqz solus plaerasqz custodias receptis quidem in manu cathenis audiebat: utqz domesticis persuaderet: ne bono quidem exemplo audendam esse patroni necē: Epaphroditum a libellis capitali poena condemnauit: q post destitutōne Nero i adipiscenda morte manu eius adiut existimabat.

Dnus & dñs  
noster

q.ij.

## 10 Duodecimus liber.

fl Clemens

**D**e patruele per eum occiso et quibusdā pdigiis mortis eius.  
**d** Eniqz flauū Llaemētem patruelēm suū cōceptissimae inertiae: cuius filios ēt tūc paruulos successores palam destinauerat: et a bolito priore noīe alterū Vespasianum appellari iussērat: Alterum Domitianū: repente ex tenuissima suspicione tantū nō ipso eius consulatu itere, mit: quo maxime facto maturauit sibi exitium. Continuis octo mēsibus tot fulgura facta nūciataqz sunt: vt exclamauerit: seriat iam quem voler: Tactum de caelo capitolium templūqz flauiae gentis: Item domus pala tina et cubiculū ipsius: atqz ēt e basi statuae triumphalis titulus excussus vi pcellae i monumentum p̄ximum decidit. Arbor quae priuato adhuc Vespasiano euersa surrexerat: tunc rursus repente corruit: praenestina for tuna toto imperij spacio ānū nouum cōmendantī laetam eandemqz semp sortem dare assueta extremo tristissimam reddidit: nec sine sanguinis mētione. Mineruam: quam superstitione colebat: somniauit excedere sacra rio: negantemqz vltra se tueri eum posse q̄ exarmata esset a ioue. Nulla tam re perinde cōmotus est: q̄ responso casuqz Ascleptarioris mathema tici. Hunc delatum nec inficiantem iactasse se quae prouidisset ex arte: sci scitatus est quis ipsum maneret exitus: et affirmantem fore vt breui lace raretur a canibus: interfici quidem sine mora. Sed ad coarguendam te meritatem artis sepeliri quoqz accuratissime imperauit: quod quū fieret: euenit: vt repentina tempestate deiecto funere semiustum cadauer discer perent canes: idqz ei coenanti a Mimo latino: qui praeteriens fore amaduerterat: inter caeteras diei fabulas refferretur.

**D**e quibusdam signis mortis eius et gestis et de ipa morte.

**p** Ridie q̄ periret: quū oblatos tuberes seruari iussisset in crastinū adiecit: si modo vti licuerit: et conuersus ad proximos affirma uit fore vt sequenti die luna se in aquario cruentaret: factūqz aliquod existeret: de quo loquerentur homines per terrarum orbem. At circa mediā noctē ita est exterritus: vt ex strato prosiliret: dehinc mane aruspicem ex germania missum: qui consultus de fulgure mutationem rerum praedixerat: audiit: condemnauitqz: ac dum exulceratam in fronte verucam vache mentius scalpit profluente sanguine: vtinam inquit hactenus. Tūc horas requirenti pro quinta quam metuebat: sexta ex industria nunciata ē. His velut transacto iam periculo laetum festinantemqz ad corporis curā **M**arcenius cubiculo praepositus conuertit: nuntians esse qui magnū nescio qd asserret: nec differendum. Itaqz summotis omnibus in cubiculum se recepit: atqz ibi occisus est.

**D**e modo caedis et mortis ac de funere eiusdem:

**d** E insidiarum caedisqz genere haec fere diuulgata sunt: cunctan tibus conspiratis quando et quomodo id est lauantē ne an coenātem aggredierentur Stephanus Domicillae procurator: et tūc itercep taqz pecuniarū reus consiliū operāqz obtulit. Ac sinistriore brachio ve lat aegro lanis fasciisqz per aliquot dies ad auertendam suspicionem ob

# Domitianus imperator.

noluto ad ipsam horam dolum iteriecit: professusq; cōspirationis indicium  
et ob hoc admisus legenti traditum a se libellū: et attonito suffudit ingui-  
na: Saucium ac repugnātem adorti Clodianus cornicularius: et Al-  
zimus parthenij libertus: et Siderius decurio cubiculariorū: et quidam  
e gladiatorio ludo vulneribus septem contrucidauerūt. Puer qui curela-  
rium cubiculi ex consuetudine assistens interfuit caedi: hoc amplius nar-  
rabat se iussū a Domitiano ad primum statim vulnus pugionem puluino  
subditum porrigere: ac mistros uocare: neq; ad caput quicq; excepto ca-  
pulo: et praeterea om̄ia clausa reperisse: atq; illum interim arrepto: deduc-  
toq; ad terram Stephano colluctatum diu modo ferrū extorquere: mo-  
do q; laniatis digitis oculos effodere conatum. Occisus est. xiiij. kal.  
octobris anno aetatis. xlvi. imperij. xv. cadauer eius populari sandapila  
per vespilones exportatum phyllis nutrit in suburbano suo latina via su-  
nerauit: sed reliquias tēplo flauiae gentis clā itulit: cinerib⁹ q; iuliae filiae.  
Titi quā et ipsa educauerat: cōmisiuit.

*De statura corporis et membroꝝ eius ac gestis.*

Latura fuit procera: vultu modesto ruborisq; pleno: grandibus  
oculis: vex acie hebetiore: praeterea pulcher ac decens maxime i-  
muenta: et quidem toto corpore exceptis pedibus: quoꝝ digitos restrictō  
res habebat: postea caluitio quoq; deformis: et obesitate ventris: et cru-  
rum gracilitate: quae tamē ei valitudine longa remacuerant. Eomedari  
se verecundia oris adeo sentiebat: ut apud senatum sic quondam iactane-  
rit: usq; adhuc certe animum nūcum probastis et vultum. Caluitio ita of-  
fendebatur: ut in contumeliam suam traheret: si cui alij ioco uel virgio ob-  
iectaretur: q; libello queꝝ de cura capillorum ad amicum edidit: etiā  
hoc simul illum seq; consulans inseruerit.

*De peritia in sagittando: et impatientia laboris.*  
*Aboris impatiens per urbem pedibus non temere ambulauit: in*  
expeditione et agmine equo rarius: lectica assidue vectus est. Ar-  
moꝝ nullo sagittarum uel praecipuo studio tenebatur. Centenas uarij ge-  
neris feras saepe i albano secesu confidentem spectauere placiq;: atq;  
etiam ex industria ita quarundam capita figentem: ut duobus icub⁹ qua-  
si cornua efficeret. nonnūq; i pueri proculstantis praebentisq; p scopulo  
dispansam dextrae manus palmā sagittas tanta arte direxit: ut om̄es per  
interualla digitoꝝ innocue euaderent.

*De facundia et studio eius.*

Iberalia studia in initio imperij neglerit: q; q; bibliothecas īcen-  
dio absumptas ipensissime reparare curasset: exemplaribus vndiq;  
petitis: missisq; alexandriam qui describeret: emendarentq;. Nūq; tamē  
aut historiae carminibus ue cognoscendis operam ullam: aut stilo vel ne-

Dearie C. buntzen

2 ET ore

F. 11

sturra

## Duodecimus liber.

cessario dedit: praeter commentarios et acta Liberij Caesaris nihil lectita  
bat: epistolas orationesq; et edicta alieno formabat ingenio. Sermonis  
tamen nec inelegantis: dictorum interdum etiam notabilium: vellem iugis  
tam formosus esse q; Miserius sibi videtur: et cuiusdam caput varietate ca-  
pilli subrutilum et incanum p;fusam niuem mulso dixit.

De vsu aleae et coniuuiis eius et aliis gestis. libidinis muri  
omnium. Onditionem principum miserrimam aiebat: quibus de coniu-  
niu; ratione coperta no crederetur nisi occisis. Quotiens oculi esset a-  
lea se oblectabat: et p;festis diebus matutinisq; horis: ac lauabat de die:  
prandebatq; ad sacietatem: ut no temere super coenam praeter martianu  
malum: et modicam in ampulla potiunculam sumeret. Coniuuiabatur fre-  
quenter ac large: sed pene raptim certe no ultra solis occasum: nec vt po-  
stea comedaretur. Nam ad horam somni nibil aliud q; secreto solus de-  
ambulabat.

De libidine et luxuria eiusdem. libidinis muri  
Ibidinis numiae: assiduitatem concubitus velut exercitacionis ge-  
nus clinopalem vocabat. Eratq; fama quasi concubinas ipse di-  
uelleret: nataretq; inter vulgarissimas meretrices. fratris filiam adhuc  
virginem oblatam in matrimonium sibi: qui denactus Domitiae nuptiis perti-  
nacissime recusasset: no multo post alii colocata vltro corrupit: et qdem vi-  
uo et tu Lito: mox patre ac viro orbata ardentissime palaq; dilerit: vt  
et causa mortis extiterit coactae conceptum a se abigere.

De moestitia militu et laetitia senatus in morte eius. pluri-  
do. Ecisum eum populus idifferenter: miles grauissime tulit: statiq;  
eum diu appellare conatus: paratus et vlcisci nisi duces defu-  
sent: quod qdem paulopost fecit expositulatis ad poena p;tinacissime cae-  
dis auctoribus. Contra senatus adeo laetus est: ut repleta certatim cu-  
ria no tparet: qui mortuum cōtumeliosissimo atq; acerbissimo acclamati-  
onu genere laceraret: scalas et inferri: clipeosq; et imagines eius coram  
detrahi: et ibidem solo affigi iuberet: nouissime eradicando vbiq; titulos  
abolendamq; omnem memoriā decerneret. Ante paucos q; occideretur

menses cornix in capitulo eloqua ē. Nec defuit qui ostētu sic interpretaretur.  
Super tarpeio quae sedit culmine cornix. Et bene non potuit dicere: dixit erit.  
Ipsum etiam Domitianum ferunt somnia esse gibbam sibi pone cervicem  
auream enatam: pro certoq; habuisse beatiorē post se laetiorēq; porten-  
di reip. statum: sicut sane brevi euénit abstinentia et moderatōne insequē-  
tium principum.

S. J. N. J. S. Laus Deo.

In sequentiū primū  
mod. i. i.

Et bene non potuit dicere: dixit erit.  
Ipsum etiam Domitianum ferunt somnia esse gibbam sibi pone cervicem  
auream enatam: pro certoq; habuisse beatiorē post se laetiorēq; porten-  
di reip. statum: sicut sane brevi euénit abstinentia et moderatōne insequē-  
tium principum.

Singl. I.

96

## Ad lectorem.

Quicunqz Tranquillum emendatissimae lectionis habere cupis: hunc  
eme: et securus abi. Nam Simon pasqualis Jadertinus ( vestrum ar-  
dalides delitium ) accurata id egit emendatione: vt quod impedit legē  
tes iam frustra hic perquiratur. quare vel ex hac impressione vnum ha-  
beas vel nullum emendatum quaeras.

Opus hoc exactum et impressum est Bononiae di-  
ligentissime per me Platonem de Benedictis  
stapatorē eiusdem ciuitatis ciue: Anno sa-  
lutis. M. cccc. lxxxviii. septimo ca-  
lendas Martias Joanne Ben-  
tivolo Bononiensis Sena-  
tus principe .

plato de benedicti

1488

## REGISTRUM.

Omnes sunt terni nisi duo extremi quorum a est quaternio q  
verò duo continent folia. LAUS DEO.



• REX LIBRIS


• Cuiuslibet regni libri, sive deinde quicunque  
• libri, quae in eis continentur, non debent  
• excedere, nisi per licentiam eiusdem regis  
• et non debent esse in aliis locis, nisi  
• per licentiam eiusdem regis.


• Rex libris suis in omnibus regnorum eiusdem  
• etiam si in eis continentur libri, non debent  
• excedere, nisi per licentiam eiusdem regis  
• et non debent esse in aliis locis, nisi  
• per licentiam eiusdem regis.


• REX LIBRIS

• Cuiuslibet regni libri, sive deinde quicunque  
• libri, quae in eis continentur, non debent  
• excedere, nisi per licentiam eiusdem regis











*metonius*

*Bonom.*

1188.

Cim.34